CENTRALE V. E. II

6
4-C
36

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
2 I
8

6 — 4 - C - 36.

Digitized by Google

DE IDENTITATE CATHEDRAE IN QVA SANCTVS PETRVS ROMAE PRIMVM SEDIT.

Et de Antiquitate, & Præſtantia Solemnitatis

CATHEDRAE ROMANAE

DISSERTATIO.



ROMAE. MDCLXVI. *Sup. Permiſſu.*

Sumptibus Gregorij, & Ioannis de Andreolis.

Digitized by Google

Digitized by Google

ALEXANDRO VII.
PONTIFICI MAXIMO
FRANCISCVS MARIA PHOEBEVS
P. F.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

CVMdudum Sacris Cæremonijs in Sacello Pontificio dirigendis addictus, Legum peritiæ ſtudia intermiſiſſem, animaduertiſſem verò, vitam otioſam viui hominis ſepulturam eſſe, nihilque exiſtimaſſem magis alienum a Viro Eccleſiaſtico, quàm otio torpeſcere, quod omnibus vitijs fomentum

præbet, ſtatui, Deo inſpirante, animum ijs ſtudijs applicare, quæ & corpuſculi mei vires, & ingenij tenuitatem non excederent, meoque muneri conſentanea forent. Duo igitur argumenta ſelegi, quibus explicandis tempus tranſigerē; vnum de Ritibus eiuſdem Sacelli Pontificij, cui à triginta annis inſeruio; alterum de Præſtantia Baſilicæ Vaticanæ, in qua ab Vrbano Octauo inter Beneficiatos, quos vocant, & ab Innocentio Decimo, Sanctitate Tua ſuffragante, inter Canonicos connumeratus ſum. Vtrumque autem iuſto volumine complexus, vni hunc Titulum præfixi; Rationale diuinorum Officiorum, aliarumque functionum Capellæ, & Aulæ Pontificiæ: *alteri.* De Antiquitate, & Preſtantia Baſilicæ Vaticanæ,

deq;

deq;veteris, ac moderni eiuſdem Templi forma, & ſtructura. *Latent hæc inter domeſticos parietes, & tenebris dignè incubant, priuatæ potius exercitationi, quàm publico cõmodo exarata. Opus autem admirabile, Tuaque dignũ magnificentia, in ipſa Baſilica Vaticana nuper extructum, vt Principis Apoſtolorũ Cathedra loco magis conſpicuo emineret, ſicut omnium gentium ſtuporem, & venerationem, ita etiam multorum excitauit ingenia ad ipſius Cathedræ, eique decretæ anniuerſariæ Celebritatis originem, & rationem, indagandam: Quibus de rebus, cùm olim ipſe in præcitatis Opuſculis abundè diſſeruerim, duo ex illis Capita ad verbũ excerpſi, quibus & Cathedræ identitas, & Feſti inſtitutio accurata Diſ-*

Diſſertatione, quantum mea fert imbecillitas, diſquiritur, & ſtabilitur. Hanc itaque Lucubrationem Sanctitati Tuæ humillimè offerre auſus ſum, omnino confidens, vt qua benignitate me licèt immerentem, tot beneficijs cumulare dignatus es, eadem & hunc meum qualēcumque laborem excipere nō dedigneris, quem ea voluntate ſuſcepi, qua me ſemper paratum profiteor ad ſanguinem cum vita pro Sanctitate Tua, ſacraque Apoſtolica Sede effundēdum. Ex ædibus Sancti Spiritus in Saxia die XX. *Ianuarij* MDCLXVI.

Digitized by Google

ELENCHVS AVTHORVM.

A

Abbas
Acta Martyrum
Acta in Viſitatione Apoſtolica
Ado
Agatho PP.
Alexander I.
Alfaranus MS.
Aluarus Pelagius
S. Ambroſius
Anacletus PP.
Anaſtaſius
Ancaranus
Aninòn
Anterus PP.
S.Antoninus
Antonius Petri MS.
Antonius Senenſis
Arator
Aringhus
Aſconius
Athanaſius
S. Auguſtinus
Auſonius
Azorius.

B

Baillius
Barboſa
Baronius
Becherius
Beda
Bellarinus
Bellarminus
Bellinus
Benedictus III.
Beyerlinck
Belethus
Benedictus Canonicus MS.
Binius
Biſciola
Bollandus
Breuiaria
MSS.
Romana
Licienſe
Briſſonius

Bucerius
Bzouius.

C

CÆleſtinus PP.
Cæremoniale Gregorij X. MS.
Caietanus Card.
Caluiſius
Campegius
Cano
Cariophylus
S. Carolus Borromæus
Caſſiodorus
Catharinus
Cenedus
Cerda
Chronicon Coloniense
Chronic. Virdunẽſe
Ciaconius
Cicero
Clemens PP.
Clemens Card.
Collectio Concil. Romana
Collectio Regia CC. Pariſienſis
Concilium
Africanum
Bracharenſe
Chalcedonenſe
Carthaginenſe
Lateranenſe
Mantuanum
Nicænum
Romanum ſub Damaſo
Romanum ſub Gregorio II.
Contarenus Card.
Copus
Corduba
Coriolanus
Cornelius à Lapide
Cornelius Tacitus
Corona
S. Cyprianus.

D.

DAmaſus PP.
DeKerius
Delphinus
Deſcriptio Eccleſiarum Vrbis
Dionyſius Halicarnaſſeus

Drie-

Driedo
Ducheſnius
Durandus.

E

ECkbertus
Eckius
Ennodius
S. Epiphanius
S. Euſebius PP.
Euſebius Cæſarieſ.
Eutychius PP.

F

FAber
Fabianus PP.
Felinus
Ferrandez
Florus
Fronto.

G

GAleſinius
Gelaſius PP.
Gellius
Gordonus
S Gregorius M.
Gregorius III. PP.
Gregorius IX. PP.
Gregor. Turonenſ.
Gretſerus
Gualterius
Gyraldus.

H

HAdrianus PP.
Hegeſippus
Henſchenius
S. Hieronymus
Hilarius PP.
Honorius Auguſtudunenſis
Horatius
Hormiſda PP.
Hoſius Card.
Hugo Abb. Flauiniaci
Hugo Menardus.

I

IAcobus Card. de S. Georgio
Iacobus Card. Stephaneſcus
Iac. Card. Grimald.
Iac. Perez de Valentia Card.
Iac. de Voragine

S. Igna-

Digitized by Google

S. Ignatius M.
Illeſcas
Innocentius I. PP.
Innocentius III.PP.
S. Ioannes Euang.
Ioannes XXII. PP.
Ioannes Andreas
Ioannes à Louanio
S.Io:Chryſoſtomus.
Ioannes Stephanus
Iordanus
S. Irenæus
S. Iſidorus
Iulius I. PP.
Iuo Carnotenſis
Iuuenalis.

L

Labbe
Lampridius
Latomus
Laurimanus
Lelius de Zanchis
Leo M.
Leo II.
Leo IX.
Leo Allatius
Leonicus MS.
Liberius PP.
Linus PP.
Lippellus
Lippomanus
Lipſius
Liuius
Lorinus
Lucanus
S.Lucas Euang.
Lucius PP.
Lupardus.

M

Macedo
Macrobius
Maldonatus
Manlius
MSS. Baſilicæ Vatic.
Mannus
Marcellus PP.
S.Marcus Euang.
Marianus
Martialis
Maſſutius
S. Matthæus Apoſt.
Martyrologia MSS.
Romana
Licienſe
Medices
Melchiades

Men-

Mendoza
Menochius
Metaphraſtes
Micrologus
Miræus
Miſſalia MSS.
Mombritius
Mucantius MS.

N

Nicephorus
Nicolaus I. II. & III. PP.
Notkerus
Nouidius.

O

Opizo
S. Optatus Mileuitanus
Orationalia MSS.
Ordo .Rom. MS.
Oroſius
Otho Treuirenſis
Otto Friſingenſis
Ouidius

P

Pacianus
Pancirolus
Panuinius
idem MSS.
Papias
Paſſeratius
S. Paulinus
S. Paulus Apoſt.
Paulus IV. PP.
Petauius
Petronius
Petrus Burgenſis
S. Petrus Damianus
Petrus Frizon
Petrus de Natalibus
Pierius Valerianus
Pighius
Pinadellus
Pineda
Pius I. PP.
Plinius
Plutarchus
Polydorus Virgilius
Polus Card.
Pontanus
Poſſeuinus
Procopius

Pro-

Propertius
Protonotarius
Prudentius
Pſalterium Vaticanum MS.

R

RAbanus Maurus
Remundus
Ribadeneira
Ricciullus
Robertus
Rocca
Rodulphus Tungrenſis
Roffenſis Card.
Romanus Canonic.
Roſeus
Roſinus
Ruffus.

S

SAcramentale S. Gregorij MS.
Salmeron
Sauſſayus
Sanderus
Scaliger
Scoglius
Scultingus
Seneca
Serarius
Serardus
Seueranus
Sidonius
Silibertus
Simancas
Siricius PP.
Sirletus Card.
Sotus
Spondanus
Statius
Suareſius Epiſcopus Vaſionenſis.
Suetonius
Surius
Synodus VI. VII. VIII.
Alexandrina
Turonenſis.

T

TAnnerus
Tertullianus
Theodoretus
D. Thomas
Thomas de Herrera
Tirinus
Torleans

Tri-

Digitized by Google

Trithemius
Turrecremat. Card.
Turrianus
Turrigius
Tuſchus Card.

V

Aleſius
Valentinus PP.
Vegius
Vghellus
Vgonius
Volaterranus MS.
Voſſius
Vſuardus
Waldenſis.

Z

Zephirinus PP.
Zozimus PP.

Google

LVcem meretur hæc Diſſertatio de Cathedra Principis Apoſtolorum, quam Auctoris modeſtia perpetua nocte damnauerat. Nihil in ea diſſonum fidei, nihil moribus contrarium. Quicquid verò pertinet ad propoſitum argumentum, doctè, eruditè, & accuratiſſimè elucidatur. Ita cenſeo ego infraſcriptus, in eius cenſuram iuſſus incumbere à Reuerendiſſimo P. Magiſtro S. P. A. In Monaſterio Sancti Bernardi ad Thermas die xxx. Ianuarij MDCLXVI.

D. Ioannes Bona.

Imprimatur


Si videbitur Reuerendiſs. P. Mag. Sacri Palatij Apoſt.

O. Archiep. Patracen. Viceſg.

Imprimatur.

Fr. Hiacynthus Libellus Sac. & Apoſt. Palatij Mag. Ord. Prædic.

Digitized by Google


Forma Cathedræ Vaticanæ

Digitized by Google

DE IDENTITATE CATHEDRAE IN QVA SANCTVS PETRVS PRINCEPS APOSTOLORVM ROMAE PRIMVM SEDIT.



CATHEDRAM ligneam, quæ in Baſilica S. Petri aſſeruatur, eam eſſe, in qua Princeps Apoſtolorum ſedit, cùm primùm Romæ gentibus Euangelium prædicaret, & Summi Pontificis munia obiret, grauiſſimus Author Cardinalis Baronius ex miraculis ad illam patratis his verbis teſtatur: [Quis ſuper ſe ſede-

Maff. Veg. de reb. mem. Baſil. Vatic. c. 4. Horat. Scogl. Hiſt. pag. mihi 94.

Baron. in not. ad Martyrol. 15. Ian.

by Googl

rit, virtute miraculorum prædicat, in ligno arido viridem gratiam curationum conſequuta; cùm per eam Deus diuinam opem implorantibus, beneficia præſtare non deſinat.] Et hæc quidem potiſſima eſt, atque irrefragabilis probatio, quæ huius Cathedræ identitatem euidentèr demonſtrat, non hominum, ſed Dei teſtimonio. A ſolo enim Deo miracula patrantur, quibus nihil falſum, nihil ſuperſtitioſum, ſed veram dumtaxat fidem, verumq; cultum approbat, & confirmat. Aliud non minus efficax argumentum deſumitur ex antiquâ, & conſtanti Eccleſiæ traditione ab ipſius naſcentis exordiis per longiſſimam annorum ſeriem ad hæc vſque tempora deriuatâ, docente Apoſtolo: [State, & tenete traditiones, quas didiciſtis, ſiue per ſermonem, ſiue per epiſtolam.

Epiſt. 2. ad Theſſalon. c. 1. n. 14. & c. 2. n. 7.

De-

Denunciamus autẽ, vt ſubtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinatè, & non ſecundùm traditionem, quam acceperunt.]

Ad quem locum Chryſoſtomus: [Traditio eſt (inquit) nihil quęras amplius.] Et egregiè Iræneus, S. Policarpi diſcipulus: [Quid autẽ ſi neque Apoſtoli quidem ſcripturas reliquiſſent nobis? nonnè (inquit) oportebat ordinem ſequi Apoſtolicæ traditionis, quam tradiderunt iis, quibus committebant Eccleſias, cui ordinationi aſſentiunt multæ gentes barbarorum, qui in Chriſtum credunt, ſine charactere, vel atramento ſcriptam habentes in cordibus ſuis ſalutem, & veterem traditionem diligentèr cuſtodientes.] Tertullianus præterea, Cyprianus, & alij Patres traditionum vim, & authoritatem ſummam eſſe affirmant. Et meritò,

S. Io. Chryſoſt. hom. 4. in ep. 2. ad Theſſal.

Irenæus lib. 3. c. 4.

Tertull. l. de cor. militis.
Cyprian. ep. 42

cum nullis hæ humanis rationibus eludi, aut machinis expugnari, aut argumentis refelli poſſint: ſuâ enim virtute ſtant, & res ſatis probant. Et cum multa in Eccleſiâ, diuinâ etiam fide commendentur, & credantur, inter quæ fidei ſymbolum ab Apoſtolis traditum, quod eſt Religionis Chriſtianæ fundamentum, numeretur; & S. Ignatius M. Euangelium traditionibus roborari doceat: quare igitur alia etiam à maioribus noſtris accepta, & ad poſteros religioſè tranſmiſſa, fidem idoneam, & venerationem iuſtam non habebunt? Sanè ſiquis receptis inter fideles traditionibus non credat, hæreticorum more agit, qui ſolis ſcripturis omnia metiri volunt, & traditiones irridere, cum tamen ſcripturæ traditiones commendent, & ſeruari iubeant.

B. Iſidor. de Eccl. offic. lib. 2. cap. 22. de ſymbol. Rodulph. Tũgren. de Canon. obſeruat. propoſit. 6. Nicolaus Pap. Hicmaro Rhemen. 12. diſt. S. Ignat. mart. ad Philadelph. epiſt. 4.

Hæc autem traditio (etſi illa ſo-

la ſatis ſit ad rem probandam; nec oporteat alia præſidia, vel librorum, vel rationum, quibus nitatur inquirere) adhuc tamen confirmari poteſt multorum, & illuſtrium Authorum teſtimonijs, quibus accedent præclara quædam ab antiquitate deprompta monumenta.

Mos primis Eccleſiæ temporibus vigebat, vt Epiſcopi, cùm è viuis excedebant, cum ſuis ſimul Cathedris ſepelirentur; eęque paulò poſt (Apoſtolorum Chriſti præſertim) è tenebris ad lucem erutę, venerationi fidelium exponerentur. Pręterea ſucceſſores Epiſcopi, cùm primùm ad illas aſſumerentur; in eis ſederent, atque eorum cadauera ijſdem Cathedris impoſita, ad ſepulturam efferrentur, vt Leonicus ſacrarum olim Cæremoniarum Magiſter, vir Eccleſiaſticæ hiſtorię peritiſſimus in ſuis eruditis mss.

Michael Leonic. in mſſ. aſſeruat. in Biblioth. Barberin.

teſtatur, Romanam Petri Cathedram prę cęteris venerandam propè eius corpus olim conditam, indeque erutam fuiſſe: à quo verò Authore iſta ille deſumpſerit, mihi compertum non eſt;ad rem tamen maximè faciunt, quę Author Romæ ſubterraneę ad hanc ferè conſuetudinem inſinuandam tradit his verbis: [Sacerdotalium autem veſtium, ſiue Pontificalium appellatione, non ipſa tantùm importari videntur, ſed cętera quoque ornamentorum genera, quę ordinibus congruunt, vt Calix, Crux, Annulus, Baculus Paſtoralis,cum quibus ſingulis Pontificiæ Cathedrę, vel tituli inſignijs, Epiſcopos complures tumulo illatos fuiſſe legimus.]

Paul. Aringh. Rom. ſubterr. lib. 1. c. 25. n. 6

Sur. tom. 6. 3. Decẽbr. in vit. S. Birini, & tom. 4. 15. Auguſt. in Vit. S. Arnulphi, & in Vit. S. Horeb. Arch. Colon.

Et de Cathedrâ ipsâ ligneâ, huiuſmodi ſepeliendi vſum accipiendum eſſe, certò comprobatur facto S. Stephani Papæ, quod ex actis

Mar-

Martyrum acceptum Baronius his verbis enarrat: Sepelierunt corpus eius cum ipsâ ſede ſanguine eius aſperſâ in eâdem cryptâ, in loco vbi dicitur Cœmeterium Calixti.]

Baron. tom. 2. ad Ann. 260. n. 4. Ex Act. mart.

Eiuſmodi verò Cathedras venerationi Chriſti fidelium olim exponi conſueuiſſe, docemur exemplo Cathedræ Iacobi Hieroſolymitani, de quâ Euſebius ſic ſcribit in hiſtoriâ eccleſiaſticâ: [Sanè & Iacobi illius Cathedram, qui primus Hieroſolymorum Epiſcopus ab ipſo Seruatore, & ab Apoſtolis eſt conſtitutus, & quem fratrem Domini cognominatum fuiſſe, diuina teſtantur volumina, ad noſtra vſque tempora conſeruatam fratres illius Eccleſiæ iam inde à maioribus magnâ proſequuntur reuerentiâ.]

Euſeb. Caſarien. editionis Valeſij lib. 7. c. 19.

Conſentit Euſebio Nicephorus Calliſtus his verbis: [Iacobi Thronum ad noſtra tempora ſeruatum

Niceph. lib. 6. c. 16.

eſſe ſcimus. Venerati ſunt enim hunc ſucceſſores eius aſſeruatum.] Idem autem Euſebius viros recenſens, qui ſuâ ætate floruerunt, refert, Hermonem poſt Zabdam, Apoſtolicam Cathedram Hieroſolymis obtinuiſſe, quæ (inquit) illic etiamnum ſeruatur. In quem locum doctiſſimus Valeſius notat ex actis paſſionis S. Marci, etiam Alexandriæ eiuſdem Marci Cathedram diutiſſimè ſeruatam eſſe.

Euſeb. Caſarienſ. lib. 7. cap. 32.

Valeſ. ex act. paſſion. S. Marci.

Neque ſolius Iacobi, & Marci, vt in ſuis adnotationibus ad citatum Euſebium idem Valeſius obſeruat, ſed & omnium ferè Apoſtolorum Cathedræ in ijs, quas fundauerunt Eccleſijs, religioſiſſimè ſeruatæ ſunt: docet hoc Tertullianus libro de præſcript. hæretic. [Percurre (ait) Eccleſias Apoſtolicas, apud quas ipſæ adhuc Cathedræ Apoſtolorum ſuis locis præſident,

Valeſius in adnot. ad Euſeb. pag. 319.

Tertull. lib. de præſcription. hæret. c. 36.

apud

apud quas ipſæ authenticæ literæ eorum recitantur.] Fruſtra Rigaltius Cathedras illas interpretatur principales Eccleſias ab Apoſtolis conſtitutas; nam locus Tertulliani hanc interpretationem non admittit: eſſet enim Tautologia, ac ſi diceret. Percurre Eccleſias Apoſtolicas, apud quas ipſæ adhuc Eccleſiæ Apoſtolorum ſuis locis prȩſident. De ipſis ergo Cathedris materialibus proculdubio loquitur Tertullianus; vnde & loca illa, in quibus eȩdem erectȩ erant, Deo dicata, Cathedralium nomen ſortita ſunt, prout reliquæ Eccleſiæ, quibus Epiſcopalis Cathedra affixa eſt, Cathedrales nuncupantur.

Id ipſum Baronius his verbis refert: [Conſueuerunt enim maiores, tanti memores beneficij, quòd Apoſtolicâ prædicatione è tenebris, quibus erant offuſi, ad lucem planè *Baron. to. 1. ad an. 45. n. 11.*

planè

planè diuinam eucсti eſſent, etiam ipſas Sedes ligneas ; quibus Apoſtoli inſediſsent, ſummâ omnium diligentiâ cuſtoditas, veneratione proſequi. Sit ſatis ad eius rei exemplum Hieroſolymorum Eccleſia ; quæ licèt tot, tantiſque Iudæorum caſibus exagitata, Sedem tamen ipſam, cui ipſorum primus Epiſcopus Iacobus inſedit, vſque ad Conſtantini tempora integram eſſe ſeruatam, Author eſt Euſebius.]

Euſeb. lib. 7. cap. 17.

De Sede verò Marci Alexandriæ idem Author cauſam adducens, cur S. Petrus Epiſcopus Alexandrinus interdum abnuerit ſedere in Cathedrâ S. Marci, ſed vel ſederit in ſcabello eiuſdem Sedis, Clero, & Populo conclamanti, Epiſcope in tuâ ſede Cathedrâ, Petrum ſic reſpondiſſe tradit: [Plerumque cùm throno illi approximare volo, video quamdam in eo diui-

Baron. tom. 3. ad ann. 310. n. 12. Ex Act. Mart. eiuſd. S. quæ ex græco in latinum vertit Anaſt. Bibl.

diuinam ſedere virtutem, fulgore luminis admodùm radiantem: mox ego inter gaudium, & pauorem, ſuſpenſus agnoſco me tantę ſeſſionis prorſus indignum.]

Subditque Baronius de Cathedrâ S. Marci Aquileiæ: [Aquileienſi quoque Ciuitati, eiuſque Populo Paulus Patriarcha præerat, qui Longobardorum barbariem, & immanitatem metuens, ex Ciuitate Aquileienſi, & de propriâ Sede ad Gradus Inſulam confugiens, plebem ſuam, omnemque theſaurum, & Sedem ſanctiſſimam Marci, & Hermagoræ ſecum ad eandem Inſulam detulit.]

Baron. tom. 8. ad Ann. 605. num. 5. ex Act. Concil. Mantuan.

Nec ineptè Baronius Hermagoræ ęquè, ac Marci ſedem illam Aquileienſem dixit; eò quòd Hermagoras non quidem defuncto Marco in Epiſcopatu Aquileienſi ſucceſſerit, ſed quia vterque ab ipſo

Apo-

Baron. tom. I. ad Ann. 46. num. 2.

Clemens in epiſt. Pet. tom. 6. Bibl. San. Papias apud Euſeb. lib. 2. c. 14. & lib. 3. c. vlt. Athanaſ. in Synopſi ad Conſt. Auguſt. Hieron. de Script. Eccleſ. in Marco, & epiſt. 150. quæſt. 11.

Apoſtolorum Principe, vnus ſcilicet poſt alium ſedi illi præfectus fuerit, cum Petrus Marci operâ ad Eccleſiæ vtilitatem vteretur; dato quidem ſuis Succeſſoribus exẽplo ſoluendi aliquando Epiſcopum à vinculo, quo tenetur Eccleſiæ ſibi concreditæ, cum id è re publicâ, & Chriſtianâ fore iudicauerint.

Ex ijs, quę diximus, liquidò conſtat, huius generis Sedibus à primis etiam Eccleſiæ temporibus ſummam venerationem fuiſſe adhibitam; & ipsâ S. Petri Alexandrini viſione ſeriò admonemur, haſce Cathedras ſummo ſtudio eſſe aſſeruandas, & in eis (potiſſimùm verò in Vaticanâ Cathedrâ) Chriſtum Pontificem in æternum, noſtris quidem caligantibus oculis inuiſibilem, at SS. Pontificum perſpicaciſſimæ mentis oculis præſen-

ſentem, in timore,& tremore ado-
randum eſſe.

Quòd autem defunctorum Epiſcoporum cadauera Cathedris ipſis impoſita ad ſepulturam olim efferri conſueuerint, comprobatur exemplo eiuſdem Petri Alexandrini à Baronio his verbis relato. [Eumdem ſic indutum (Petrum Alexandrinum) Sacerdotalibus veſtibus perinde ac viuentem in Sede Sancti Marci collocant, indeque ſublatum humeris venerandum corpus geſtantes triumphali pompâ procedunt, habentes in manibus victrices palmas, ardenteſque cereos, thuribulaque odoribus incenſis fumantia, ſacroſque victoriæ hymnos concinentes ad locũ perueniunt, vbi Cœmeterium à ſe conſtructum erat, ibiq;eũ honorificentiſſimè, ex more delibutum vnguentis, ſepulturæ mandarunt.]

Baron. tom. 3. ad ann. 310. n. 10.

Ex Act. Martyr. eiuſdem Sácti, quæ ex græco in latinum vertit Anaſt. Bibl.

Quid

Baron. in not. ad Martyrol. die 18. Ian.

[Quid igitur mirum (inquit idem Baronius) quòd aſſeruetur hactenus in Baſilicâ Vaticanâ ipſa Cathedra lignea, in quâ olim Romæ Petrus ſediſſe perhibetur; ſi enim Sedes ipſa lignea, Cathedra Iacobi Apoſtoli Hieroſolymitani Epiſcopi poſt tot, tantaque Iudaici Populi naufragia, poſt illud pauẽdum Hieroſolymorum excidium; ſeruata nihilominus eſt integra, vſque ad tẽpora Conſtantini Magni Imperatoris (vt ſcribit Euſebius hiſt. lib. 7. cap. 15.) quam & ſucceſſores Epiſcopi decenti honore cuſtoditam ſunt venerati; quid tàm mirum Apoſtolorum verticis Cathedram pari ſaltem fuiſſe diligentiâ conſeruatam?]

Panuin. lib. 5. c. 4. Cod. mſſ. de reb. antiq. memor. & præſtant. Baſil. S. Petri.

Idipſum Panuinius his verbis explicat: [Euſebius (inquit) Cæſarienſis Epiſcopus antiquiſſimus Hiſtor. Eccleſ. Author lib. 7. c. 15.

Au-

Author eſt, *S.* Iacobi minoris Apoſtoli, qui primus in terris Epiſcopus ab Apoſtolis Hieroſolymis eſt electus, Cathedram Epiſcopalem vſque ad ſua tempora Hieroſolymis conſeruatam fuiſſe, atque in eâ ſediſſe omnes Epiſcopos, qui vſque ad id temporis ſedis illius *S*acerdotium ſortiti eſſent; eamq; ſeruatam fuiſſe ſcribit cum ingenti ſtudio, & magnâ veneratione velut à maioribus traditam memoriam ſanctitatis, obtentu vel vetuſtatis, vel primę Sacerdotij ſanctificationis. Quòd ſi *S*. Iacobi Cathedra per quadringentos annos Hieroſolymis conſeruata fuit, quid prohibet Petri quoque Cathedrā vetuſtiſſimæ antiquitatis ſignificationem repræſentantem, ad noſtra vſque tempora perduraſſe? quæ hactenus in Baſilicâ Vaticanâ ſummo ſtudio, ac veneratione

coli-

colitur, & oſculatur; ſeruatur verò Cathedra ipſa, in quâ primus omnium ſedit Epiſcopus Petrus, deinde qui ei ſucceſſerunt in eâ ipsâ, in quâ Petri Succeſſores permanſiſſe credendum eſt, cùm Cathedra ipſa ibidem perpetuò fuerit.]

Illud autem hìc aduertendum, antequàm vlterius pergam, Baronium, Panuinium, Ciaconium, alióſque Authores, qui de Vaticanâ Cathedrâ accuratè ſcripſerunt, nec verbum quidem fecisse de illius origine, initio, & formâ, cum tamen magni momenti res eſsent, nec ſilentio inuoluendæ. Quare me facturum operæ pretium credidi, ſi quæcumque de hoc argumento poſt exactam diligentiam aſsequi potui, huic lucubrationi inſererē, quæ nec iniucunda lectori, nec ab inſtituto noſtro aliena erūt.

Con-

Conſtat, Teophilum virum Antiochiæ primarium B. Petro, eò prædicandi Euangelij causâ venienti, domum ſuam obtuliſſe, vt eam in Eccleſiam conſecraret, & vel ipſum, vel fideles iam ad Chriſti fidem conuerſos, Cathedram in eâdem domo erexiſſe, in quâ Petrus tanquam ſummus Eccleſię Pontifex, & Fidei magiſter ſedens, Antiochenos Chriſtianam Religionem doceret, vt graues teſtantur Authores EcKbert, Marcellus Silibert, Angelus Rocca, Turrigius, Bollandus, Baronius, Clemẽs, Spondanus, Ioannes Gabriel Biſciola, & Mombritius cæteris diſtinctiùs.

Eckbert. aduerſ. Cathar. ſerm. 3. vixit hic II. ſeculo.
Silibert. mirabil. Rom.
Rocc. in appẽdice Bibliot. Vaticanæ.
Torrig. nell'appendice delle Grotte Vaticane.
Bolland. in feſt. Cath. Antioc.

Atque hinc idoneam certè rationem deducimus ad probãdum, Petri Cathedram, quam colimus

Baron. tom. I. Annal. Eccleſ. ad an. 58. num 32. Clemen. recogn. lib. 10. c. vlt. Spondan. ad an. 58. Io. Gabr. Biſciola, Mombrit. in antiq. lection. die 22. Febr.

in Baſilicâ Vaticanâ, à Pudente Senatore, qui Apoſtolum Romam venientem domi excepit, & cum Nouato, Thymotheo, Praxede, & Pudentianâ filijs fidem amplexus eſt, Petro fuiſſe oblatam, vt in eâ ſedens Pontificia obiret munia, & Romanos Chriſti Religionem doceret, domumque in Eccleſiam conſecraret, quæ procedente tempore Paſtoris titulo inſignita fuit. Certum enim eſt, Petrum eâ in domo cum fidelibus ſacras habuiſſe Synaxes, illoſque fidei myſterijs imbuiſſe, quemadmodum fecerat Antiochiæ: in more autem poſitum erat apud antiquos, vt fidei magiſtri ſedendo diſcipulos docerent, vt patet ex Lucæ 4. Ioan. 8. Marci 12. Matth. 23. & notauit ad illa loca Hieronymus, & illo antiquior Tertullianus; & Apoſtoli, vbi locus erat commodus, in Cathe-

Acta SS. Praxed. & Nouat. Ado Treuir. 12. kal. Iul. Mombrit. tomo 2. Baronius in Mart. die 19. Maij. Ribadeneir in flor. SS. Maij 19.

Luc. 4. Ioan. 8 Marc. 12. Matth. 23. S. Hieronym. lib. 4. Comment. in Matth. c. 23. Tertul. de præſcript. c. 36.

thedris ſedentes euangelizare ſolebant, vt aduertunt Sacræ Scripturę Interpretes ad illud, *ſuper Cathedram Moyſi ſederunt Scribæ*, & alibi. Igitur rationi, & dignitati Pontificis, & Magiſtri, quam Petrus gerebat, conſentaneum prorſus erat, vt eo modo, quo prius Antiochię Cathedram adhibuit in domo Theophili, dum conuentus ageret, & Antiochenos doceret, eodem poſtea Romę Cathedrâ vteretur in domo Pudentis, cùm ibi conciones haberet, & Romanos in Chriſti fide erudiret. *Matth. c. 23.*

His conſtitutis, ſupereſt, vt de Cathedræ formâ, & materiâ nonnulla perſtringamus, & de eburneis, quibus cęlatur figuris. In his non pauci, qui nimium ſibi ſapere videntur, offendunt; in eo tamen omnes conueniunt; antiquitatē redolere, & religionē ſpirare.

Non deerunt, qui exiſtiment, Petri Cathedram illius generis ſellam referre, quæ apud Romanos curulis dicebatur:[A curru (inquit Iſidorus) curules nominatæ, in quibus Magiſtratus maiores (hoc eſt Ædiles, Prætores, & Conſules) iura reddebant] & C. Baſsus apud Gellium, Senatores, dicit, in veterum ætate, qui curulem Magiſtratum geſſiſſent, curru ſolitos in Curiam vehi honoris gratiâ, in quo ſella eſset, ſupra quam conſiderent, quæ ob eam cauſam curulis appellaretur.

Iſid. cap. 31. lib. 20. & c. 9. lib. 6.

Aul. Gell. lib. 3 c. 18.

Hìc verò obitèr notandum, apud Romanos, teſte Plutarcho, duos Aedilium ordines fuiſse, quorum alter Sellâ, quæ curuos haberet pedes, vtebatur, in quâ ſedens ius dicebat, huicque Magiſtratus nomen, & dignitas competebat: inferiorum alterum, quem popula-

Plutarch. in Mario. Pier. Valer. lib. 43.

Roſin. Antiquit. Rom. lib. 7. c. 24.

larem,ut Roſinus aſſerit,vocabant.

Olim autem magno erant in honore huiuſmodi *Sellæ*; nam Caio Duillio, qui primo bello Punico Carthaginenſes nauali prælio vicit,& Marco Coruino,& Lucio Metello multarum palmarum Imperatori,alijſque, virtutis,& honoris ergò donatæ fuerunt:quemadmodum & Syphaci Regi Numidiæ, ac Ptolemęo Aegypti Regi, Romanorum ſocijs, & amicis. *Dionyſ. Halicar.lib.3.& 5.* De Masſiniſſa verò Rege ſcribit *Liu. lib.10.de bel.punic.* Liuius, *S*ellâ curuli eburneâ à Scipione fuiſſe donatum, ſicuti Por- *Briſſon. form. lib. 2.* ſenna illis antiquior à Romanis, & Tarquinius Priſcus ab Hetruſcis. Hæc leui tantùm calamo perſtringimus, quia parùm conferunt ad noſtrum inſtitutum, & de ijs paſ- *Plin. lib. 7. c. 48.* ſim apud Authores fit mentio, *Liu.lib.10. & 27.* nempe apud Pliniũ, Liuium, Dio- *Dionyſ. Halicarn. lib. 3. & 5.* nyſium Halicarnaſſeum, Sueto-

 nium,

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Sueton. lib. 2. Cic. in Verr. in catal. in orat. pro Cluen. & ad Attic. 4. Plutarc. lib. 2 de fortitud. Alex. Macrob. lib. i. Saturnal. c. 6. Aſcon. de diuination. Horat. lib. 1. epiſt. 6. Lucan. lib. 3. Stat. lib. 4. Iuuenal. Satyr. 10. Propert. lib. 4. Sidon. Caſſiodor. Auſon. multis in loc. Pontan. Cerd. in 11. Aeneid. Paſſerat. in Propert. lib. 4. Ouid. lib. 4. de Ponto eleg. 9. Auſon. ep. 20. Torleans in lib. 2. Tacit.

nium, Ciceronem, Plutarchum, Alexandrum Macrobium, Aſconium, Horatium, Lucanum, Statium, Iuuenalem, Propertium, Sidonium, Caſſiodorum, Auſonium, Pontanum, Cerdam, & Paſſeratium. Quòd verò huiuſmodi Cathedræ eburneis ſignis cęlarentur, affirmat Ouidius his verſibus

Signa quoque in ſella noſſem formata curuli,
Et totum Numidæ ſculptile dentis opus.

Et iterum

Conſpicuum ſignis cum premet altus ebur.

Et Auſonius.

. . . . Et tua Roma
Præceſſit noſtrũ ſella curulis ebur.

Et Torleans ita ſcribit. [Quę non modò ebore claræ, & dites; ſed etiam ſignis erant ornatę.]

Hæc porrò Cathedrę Vaticanæ opti-

optimè conueniunt, quam varia ex ebore ſigna, & icunculæ opere antiquo adornant: & licèt huius formæ ſellas curribus imponi mos eſſet, interdum tamen à ſellarijs, ideſt ſellarum baiulis, humeris ſublimes portabantur, vt ſcribit Procopius loquens de Beliſario triumphum agente, [Beliſarius (inquit) curuli ſella humeris captiuorum inuectus eſt.] *Procop. de bell. Vvandal. lib. 2.*

Accedit, quòd apud Romanos Ethnicos, Pontifices maximi eo ſellæ genere vtebantur, perinde ac diuinum quid repræſentaret; vnde Pierius Valerianus literis prodidit: [Nullum vnquam ſellâ ſublimius, neque auguſtius, neque venerabilius eſt habitum; reliqua enim ad humanæ tantùm amplitudinis decus facere videntur, hoc ad diuinæ propemodùm maieſtatis honores proximum accedit.] *Pier. Valerian lib. 43.*

Ad hanc igitur ſententiam amplectendam pręterea mouemur, ex quo ſellæ eiuſmodi curules geſtatoriæ olim in vſu fuerint apud antiquiores Religionis Chriſtianæ Pontifices, vt benè colligitur ex Anaſtaſio aſſerente, cunctum Dei populum congregatum intrà venerabilem Baſilicam Sanctæ Mariæ ad Præſepe, miſericordia Dei, & ipſius Dominæ noſtræ Dei Genitricis Mariæ petita, bono animo, & conſona voce Innocentium II. Pontificem elegiſſe, eumque omnes cum laudis præconijs in Baſilicam Saluatoris deportaſſe: quod optimè intelligẽs Ciaconius his verbis clariùs expreſſit [Vniuerſi in Baſilica Sanctæ Dei Genitricis ad Præſepe coacti, ſuppliciter opem Dei, & ipſius S. Virginis implorarunt, atque inde unanimes Stephanum Diaconum Pontifi-

Anaſt. in Vita Stephani II.

Ciacon. in Vita Steph. II.

tificem acclamarunt; humeriſque omnium in Baſilicam Saluatoris, quæ etiam Conſtantiniana dicitur, deportatur.] Ex Lippomano hæc afferente [Qui in parte Catholicâ erant, electum ſuum (Innocentium II)ſolemnitèr ordinatum collocarunt in Cathedrâ, & per loca illa, in quibus ſtationes habent ex antiqua cõſuetudine Romani Põtifices, circumduxere.] Ex Ordine item Romano vetuſtiſſimo ante Gelaſium Papam conſcripto, multis in locis. Et ex Ioanne Stephano, qui eas vocat ſellas curules Pontificias, atque ab antiquioribus acceptas eſſe ſignificat, & in Eccleſiam Romanã olim inuectas. Conueniebat proinde Petro Pontifici Maximo Chriſtianæ Religionis, & Chriſti Vicario illam adhibere, à Fidelibus ſibi (vt par eſt credere) religionis causâ delatam.

Lippoman. in vita S. Bernard. lib. 2. c. 1.

Ord. Romanuſſ.

Ioan. Steph. de leuat. ſeu port. Summ. Pont.

Nec-

Iuſtus Lipſ. lib. 1. electorum cap. 19.

Nec leue dictis pondus addit, quod tradit Iuſtus Lipſius, ſuo ſatis nomine celebris author, affirmans, harum ſellarum vſum, imperante Claudio, primùm in Vrbem vel inuectum eſſe, vel frequentatum: ſiquidem ab eo tempore crebrò fit mentio ſellæ geſtatoriæ à Scriptoribus Romanarum rerum, vt videre eſt apud Suetonium, Senecam, Cornelium Tacitum, Lampridium, Iuuenalem, & Martialem ita canentem.

Sueton. in Nerone. c. 26. in Othon. cap. 6. in Vitell. cap. 16. & in Domitieno. Senec. de tranquil. vit. c. 14. lib. 2. Cornel. Tacit. à Lipſ. cit. Lamprid. in Anton. Eliegab. Iuuenal. Sayr. 10. Martial.

Sellamque ſequor, nec ferre recuſo.

Accedit præterea, quòd ænea, vel ferrea ad vtrumque latus habebant manubria, per quæ baiuli contos immittebant oblongos, iiſque nixam, & conſiſtentem ſuppoſitis humeris portabant.

Quæ ad confirmandam, quam tradimus de Petri Cathedrâ ſenten-

Digitized by Google

tentiam, facta eſſe videntur, nam Petrus, Claudio imperante, Romam primùm venit, ſecundò imperante Nerone, ſub quo martyrium paſſus eſt: eo verò tempore iſtiusmodi Sellæ in Vrbe erant admodùm vſitatæ, & Cathedræ, quã videmus in Vaticano, ſpecies cum ſuis manubrijs adeo vnam ex illis ad viuum exhibet, vt omnino eadem eſſe videatur. Quapropter nec inſolens, neque noua videri debet ſententia, quam ſequimur, aut Eccleſiaſticæ hiſtoriæ parùm conſona, Petri ſcilicet Cathedram Vaticanam ex illo eſſe Sellarum genere, quas veteres appellabant ſellas geſtatorias, cũ grauiſſimi Scriptoris

Irenæus lib. 3. c. 1.
Euſeb. in Chron. et lib. 2. hiſt. c. 14.
Hieron. de Script. Eccl. in Petro.
Oroſ. hiſt. lib. 7. c. 6.
Greg. Turon. hiſt. lib. 1. cap. 35.
Metafr. die 29. Iun.
Arat. in Act. Apoſt. lib. 2.
Auguſt. ſerm. 28. de SS.
Caſſiod. in Chron.
Prudent. in Periſteph. hym. 12.
Iord. in App. tom. 2. Chron. c. 16. & 17.

Bin. tom. 1. Conc. in Petr. Baron. in Annal. ann. 44. ibi Spondan. & Biſciola. Pined. in Monarch. Eccleſ. Panuin. & Ciacon. in Petro. Andr. de Theſn. in hiſt. Pontif. Labbe in Synopſ. Concil. Gualter. in Tabul. Chron. Bellarm. tom. 1. Contr. lib. 11. c. 5. & 6. Azor. tom. 2. lib. 1. c. 24. Cornel. à Lapide in Act. Apoſt. Coriolan. in Summ. CC. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſ. par. 1. pag. 227. & alij.

ris Ennodij, qui vnus multorum inſtar eſſe poteſt, authoritate muniatur, & rationibus ab ipsâ Romanâ hiſtoriâ petitis roboretur.

Vtcumque tamen ſit de nomine, & ſellæ formâ, illius materiam eſſe ligneam certè conſtat, quæ hactenus ſolida, & integra perſeuerat. Id ipſum iniecit ſcrupulum Caluino hereſiarchæ, illumq; dubitare coegit de Cathedræ identitate, quã putat non potuiſſe tanto tempore conſeruari, & ideo quaſi rem vanã, & commentitiã irridet; ac ſi Crux Domini lignea nõ eſſet, cuius tamen in hunc vſque diem tam inſignes portiones diuerſis in Prouincijs, & Eccleſijs cuſtodiuntur. Præterea quæ adhuc traditione cogente religiosè veneramur, Ieſu Chriſti Cunabula, Imagines Saluatoris, Deiparæ, SS. Petri, & Pauli in tabulis depictas, & à maioribus ac-

Caluin. in lib. Ind. reliq.

ceptas ſuâ tempeſtate extitiſſe; nonne teſtatur Euſebius Cæſarienſis? & multò poſt Euſebium, Nicephorus Calliſtus nonne deſcribit antiquas Icones Chriſti, B. Virginis, Apoſtolorum Petri, & Pauli ad ſuam vſque ætatem conſeruatas? & baculus S. Petri, quo Sancti Eucharius, & Valerius Beatum Maternum non procul ab Argentina in Alſatia mortuum, eiuſdem Apoſtoli iuſſu, ad vitam reuocarunt, quàmuis ligneus, nonne ſeruatur adhuc Treuiris, & iuſtâ à fidelibus religione colitur, vt teſtantur Innocentius III. Durandus, Chronicon Virdunenſe Hugonis Abbatis Flauiniaci, Barboſa, & Philippus Labbe? Superior tamen illius pars cuſtoditur in theſauris Reliquiarum Eccleſiæ Cathedralis Co-

Euſeb. Cæſar. hiſt. lib. 7. c. 18
Nicephor. Calliſt. in hiſtor.

Innoc. III. in Specul.
Durand. in rat. diu. off. lib. 3. c. 16. n. 5
Chron. Vird. Hug. Abb. fol. 106.
Barboſ. de offi. et poteſt. Epiſc. de conſecrat. Epiſc. cap. 5. Philipp. Lab. ſect. 1. p. 2. Biblioth. Aquitan.

Chron. Colon. fol: 115. Lippel. tom. 3. comp. 5. Sacrar. Agrippin. fol. 40. Buer. lib. Germania ſydera.

Coloniæ Aggrippinæ, ibi collocata à Brunone huius nominis primo, Epiſcopo verò Colonienſi XXI. Et altare ligneum, in quo S. Petrus, eiuſque Succeſſores ſacra celebrabant myſteria è ligno paritèr, nonne in Laterano aſſeruatur, teſte Bellarmino? In Eccleſiâ quoque S. Pudentianæ, quæ Pudentis Senatoris domus fuerat, eiuſdem Principis Apoſtolorum altare ligneum oſtenditur in ſacello, ipſi dedicato.

Bellarm: de ſept. verb.

Alia non minoris momenti ad fidem dictis faciendam conſultò omittimus, ne longiùs quàm par eſt, hæc diſſertatio protrahatur; ſupereſt, vt obiectæ à nonnullis Catholicis difficultati faciamus ſatis. Dubitant hi de identitate Cathedræ, illâ potiſſimùm ratione moti, quòd Herculis, profani apud antiquos numinis, & monſtrorum domi-

domitoris icunculas ex ebore cælatas præſeferat, quas à Religionis Chriſtianæ,& Petri ſanctitate prorſus alienas inquiunt. Cæterùm ipſæmet falſi numinis monſtra domantis imagines, ſiue ab initio ipſi Cathedræ affixæ, ſiue poſtea ornamenti cauſa adiectæ, præterquam quòd antiquitatis indicia ſint, diuinam Petri virtutem nobis repræſentant, qui Herculis inſtar, falſorum Deorum monſtra (Roma ſiquidem, magno Leone teſte,ſylua erat frementium beſtiarum, cùm Apoſtolus ad illam peruenit) miraculis, & doctrina, ceu armis cæleſtibus vſus, feliciſſimè confecit, ijſque debellatis victor inſidens, de ſuperatâ gentilitate,& calcatâ ſuperſtitione,mediâ in Vrbis luce Chriſti Seruatoris trophæa erexit.

S. Leo. Pap. ſerm. 1. de SS. Apoſt. Pet. & Paul. ante med.

[Theologorum opinio fuit (Li-

lius

Lil. Gregor. Gyrald. Hiſt. Deor. ſyntag. x. verb. Hercules.

lius Gregorius Gyraldus inquit) per Herculem Solem ſignificari: vnde & illi duodecim certamina attributa ſunt, quòd videlicet duodecim ſigna Sol toti anno permeat. Alij Philoſophum Herculem putauere, & idcircò illi clauam aſſignant, per quam Philoſophia ſignificatur, & Leonis pellem, per quam prudentia, quibus rebus Hercules animi monſtra edomuit, & cogitationes vanas: quibus de certaminibus ſcripſiſſe Cleantem, ait Plutarchus, nec ideo vbique ſenem delirum, & nugacem fuiſſe. Sed libet Dionyſij Halicarnaſſei verba adſcribere: verior (inquit) de Hercule ſermo talis eſt, Herculem ducem fuiſſe omnium ſuæ ætatis optimum, validumque exercitum habuiſſe, terras omnes inter Oceanum peragraſſe, eos dominatus amouiſſe, ſi qui ſubditis populis

Digitized by Google

lis grauitèr, & tyrannicè imperarent, aut Vrbi finitimos iniuriâ, atque impotentiâ lædens: aut ſi qui eſſent homines immanes, & hoſpitum cædibus nefarijs gaudentes, in eos regna legitima conſtituiſſe, gubernationeſque moderatas, & humanitatis mores, ius denique æquabile omnibus inferens, tam Græcis, quàm Barbaris, maritimis, & mediterraneis, quin & in deſertis locis Vrbes condens, diuertens flumina, quæ campos inundarent, in montibus excidens ſemitas inuijs, & cætera, quæ mortalium eſſe vſui arbitratus eſt.]

Eâdem ferè ratione Petrus (vt verbis utar Chryſoſtomi) quemadmodũ Dux in exercitu obābulans, uel, ut inquit Innocentius, Solis inſtar Hieroſolymis egreſſus, ſuum inter ſigna, & virtutes iter conficiens; per Cæſaream, Phœniciam,

Chryſoſt. hom. 21. in Act. Apoſt.

Innoc. Pap. ad Decent. epiſt. 1.

Hieron. de Script. Eccl. in Petro.
S. Leo ſerm. 1. in Nat. Apoſt.
Beda in mart. 3. kal. Iul.

Syriam, Pamphyliam, Lycaoniam, Ciliciam, Phrygiam, Lyciam, Pontum, Galatiam, Cappadociam, Aſiam, atque Bithyniam, ad Siciliam Inſulam, vt multi teſtantur Authores, appulit; Neapolim poſtea tranſmiſit, vt vetus eſt in illâ Vrbe traditio; Romam tandem peruenit, Vrbem totius Mundi principem, ſeu potius totius Orbis compendium, poſtquã Iudæos, qui ex circũciſione crediderant, erudijſſet, Antiochenam Eccleſiam fundaſſet, innumeras, depulſis ignorantiæ tenebris, prouincias Euangelij radijs illuſtraſſet, eaſque ad vnius Dei cognitionem, & cultum, abactis idolorum monſtris, adduxiſſet, Epiſcopis, & Paſtoribus vbique conſtitutis, erectis Sedibus, deiectis idolis, propagatâ fide, Chriſti religione longè, latèque amplificatã.

Tar-

Tartareum præterea ſerpentem videmus in ſacris aris Archangeli Michaelis pedibus ſubiacentem, & S. Antonium à dæmonibus circumſeptum, vt cæleſtem vtriuſque virtutem, partamque de Lucifero hoſte, ac de tentationibus victoriam intuentibus exhibeat, non vt hi ſerpentem, ac dæmones venerentur. Eandem ferè ob cauſam Petrus ſuper idolorum monſtra ſedet, vt hæc illius fortitudinem, & res aduerſus inanium ſimulacra deorum, eorumque cultores geſtas ſpectantibus ad viuũ exprimant, nõ verò vt venerationem concilient.

Extant in Vrbe innumera, eaque idonea ad rem probandam antiquitatis monumenta: quot enim reperiũtur vrnæ Iouis, Apollinis, Veneris, alijſque huius generis imaginibus cælatæ, ſacris Martyrum cineribus, & oſſibus conti-

nendis dicatæ? Quot magnificæ Baſilicæ, in quibus adhuc apparent Romanæ ſuperſtitionis veſtigia? In Eccleſia S. Andreæ in Eſquilino Catabarbarâ olim dictâ, vbi nunc degunt Cœnobitæ S. Antonij Abbatis, Simplicius Papa, cùm illã Deo conſecrauit, Dianam, eiuſque venationes muſiuo opere in pariete expreſſas reliquit intactas. In Sanctæ Agathæ Gothorum Eccleſiâ ſub Viminali, Dianæ, & Pacis Deæ è cęmento viſuntur imagines. In viâ Nomentanâ Templum eſt B. Conſtantiæ Conſtantini Imperatoris filiæ ab Alexandro IV. conſecratum anno MCCXVI. olim Baccho dicatum, in quo tumba porphyretica cum genijs vuas calcãtibus inciſa ſummo artificio ſpectatur. In pariete S. Mariæ Rotundæ caput Cybelis matris Deorum cernitur: hoc ipſum Templum, Pan-

Anaſtaſ. in vit. S. Simplic.

Laurent. Serard. in monum. Ital. lib. II.

Ciacon. in vit. Alex. IV.

Pantheon olim dictum, Bonifacius IV. ritè expiatum B. Dei Genitrici, Sanctiſque omnibus nuncupauit, nec deleuit Marci Agrippæ Auguſti Cæſaris amici, & cognati,qui illud fabricauit,nomen, quod cubitalibus ſcriptum literis in ipſius Templi fronte legitur. Nec, quod magis mirere, Adrianus Primus Diui Antonini,& Diuæ Fauſtinæ feminæ perditiſſimæ nomina, & memoriam iuſſit expungi à fronte S. Laurentij in Miranda nominati, in foro Boario, cùm illud Deo in Martyris memoriam conſecrauit. Quid plura? In celeberrimis Vrbis plateis in immenſam aſſurgunt altitudinẽ Obeliſci, & vaſtæ molis cochlides columnæ: hæ Traiani, & Antonini ethnicorum Imperatorum nominibus, ac geſtis, illi monſtruoſis imaginibus, & ieroglyphicis

Anaſtaſ. in vit. Bonif. IV. Baron. tom. 8. ad ann. 607. num. 1.

Anaſtaſ. in vit. S. Adriani Primi.

Aegyptiorum ſuperſtitionem indicantibus inſigniti, quos tamen vel Sanctiſſimæ Crucis particulæ, vel ſimulacra Apoſtolorum Petri, & Pauli in faſtigio erecta muniũt, & coronant. Propiùs ad rem accedamus. Illam ipſam ex ære Statuam S. Petri, quam cernimus in Baſilicâ Vaticanâ, quæque porrectum ad fidelium oſcula pedem habet, Iouis Capitolini ſimulacrum fuiſſe tradunt, nec quidquam falſi numinis, cui olim dicata fuerat, nomen, & memoria officit, quominus Petro Pontifici iam ſacra, vero à fidelibus ritu colatur, vt Ennodius optimè innuit his verbis: [Ecce iam Chriſto propitio, ad nouas fornaces ſimulacra redierunt: ecce iam de obſoletâ ſuperſtitione vſus veſter accipit, quod lætetur, dum de veteri Tonante noua meritò vaſcula preparãtur.]

Ex mſſ. Arc. Baſil. Vatic.

Ennod. in lib. Apolog. adu. impugn. iv. Synod.

Igi-

Igitur mirum non eſt, ſi ligneam Petri Cathedram veneremur ; & quia illius corpus tetigit ; & quia in ea ſedens Summi Pontificis, & Sanctiſſimi Magiſtri munus exercuit ; nullâ prorſus habitâ ratione profanorum emblematum, quę vel ornatus gratiâ ſuperaddita, vel antiquitatis argumento in eâ relicta ſunt ; vel etiam artis miraculo ; quas ob cauſas, & quidem iuſtas, multa eiuſmodi a Sanctis Patribus non ſunt deleta, ſed intacta ad poſteros fuere tranſmiſſa : vel ea fortaſſe ratione, quam venerabilis Beda ex Diuo Gregorio acceptam inſinuat, nempe ita pertinaci paganiſmo ſubuentum eſſe mutatione, quem in totum ſublatio potius irritaſſet. Gregorius enim præcepit Auguſtino Epiſcopo literis ad Mellitum Abbatem directis ; ne apud Anglos idolorum fana de-

Beda Eccl. hiſt. Gent. Angl. lib. 1. c. 30.

Sanctus. Greg. epiſt. lib. 9. Ind. IV. epiſt. 71.

ſtrueret, ſed ea in obſequia veri Dei commutaret, vt gens ipſa de corde errorem deponeret, & Deũ verum cognoſcens, ac adorans, ad loca, quæ conſueuerat, familiariùs concurreret: ne cruenta dęmonum ſacrificia tolleret, ſed ea in religioſa conuiuia immutaret: vt Sacerdotes diabolo iam animalia non immolarent, ſed ea ad laudem Dei in eſu ſuo occiderent, & Donatori omnium de ſatietate ſua gratias referrent; cùm duris mentibus ſimul omnia abſcindere impoſſibile eſſe, cognoſceret. Sic litui augurales baculi à ſummo leuitèr inflexi in virgas põtificias verſi sũt: Iubileus annus ludis ſecularibus ſucceſſit: aliaq; id genus innumera.

Plutarch. in vita Romuli, Cic. lib. 1. de Diuin. Plinius lib. 7. c. 48. Iacob. de S. Georgio de Iubil. cap. 12. vbi Roſeus in Scol. Polid. Virgil. de inuent. rer. lib, 8. c. 1.

Huiuſmodi obiecta veluti nubeculas priùs diſſipare oportuit, vt ijs diſiectis, gradum faciamus ad clariſſimorum Authorum teſtimo-

monia proferenda, quibus tanquã infuſâ luce, Vaticanæ Cathedræ veritas meliùs aſſeratur, eiuſque dignitas illuſtretur.

Agmen ducat Tertullianus vicinus temporibus Apoſtolorum, eo loco, quem ſupra citaui: [Percurre (inquit) Eccleſias Apoſtolicas, apud quas ipſæ adhuc Cathedræ Apoſtolorum ſuis locis præſident, apud quas ipſæ authenticæ literæ eorum recitantur, ſonantes vocem, & repræſentantes faciem vniuſcuiuſque]. Ann.CCIII. *Bellarm. de Script. Eccleſ ad An. 203.* *Tertull. lib. de præſcr. hæret. cap. 36.*

Certè Author, cùm Eccleſias nominat, intelligit Ciuitates, vt ex ſequentibus liquet: [Proximè eſt tibi Achaia, habes Corinthum: ſi non longè es à Macedonia, habes Philippos, habes Theſſalonicenſes: ſi potes in Aſiam tendere, habes Epheſum: ſi autem Italiæ adiaces, habes Romam, vnde nobis

quo-

quoque authoritas præſto eſt: iſta quàm felix Eccleſia, cui totam doctrinam Apoſtoli cum ſanguine ſuo profuderunt, vbi Petrus paſſioni Dominicæ adæquatur &c.]

Pro locis verò, in quibus Cathedras Apoſtolorum ſitas reperiri teſtatur Author, Eccleſias, ſeu loca illa inſinuat, vbi Succeſſores Apoſtolorum ſacras Synaxes celebrabant, & in ipſis Apoſtolorum Cathedris conſidentes, traditamque ab ijs doctrinam populum edocentes, eorum vocem ſonabant, & faciem repræſentabant: loqui autem Tertullianum de Cathedra materiali iam ſuprà demonſtratum eſt.

CCCLXV. *Optatus Mil. lib. 2. con. Parmen. Bellarm. de Script. Eccleſ.*

Optatus Mileuitanus Liberio, Damaſo, & Siricio Pontificibus vixit (quamquàm Bellarminus illum reijciat in an. CCCLXV. quo præerat Eccleſiæ Liberius) hæc contra Parmenianum ſcribit: [Veſtræ Cathedræ

dræ vos originem reddite, qui vobis vultis Sanctam Eccleſiam vendicare, ſed & habere vos in Vrbe Româ partem aliquam dicitis. Ramus eſt veſtri erroris protentus de mendacio, non de radice veritatis. Denique ſi Macrobio dicatur, vbi illic ſedeat, numquid poteſt dicere in Cathedrâ Petri? quam neſcio, ſi vel oculis nouit, & ad cuius memoriam non accedit, quaſi Schiſmaticus contra Apoſtolum faciens, qui ait memorijs Sanctorum communicantes. Ecce præſentes ſunt ibi duorum memoriæ Apoſtolorum, dicite, ſi ad has ingredi potuit, itaut obtulerit illic, vbi Sanctorum memorias eſſe conſtat.]

Sanè Author loquitur hìc de ligneâ Cathedrâ S. Petri, quæ humanis oculis præſens obijcitur, nō de myſticâ, quæ tantùm mente

con-

concipitur; niſi fortè Optatus Cathedram intellexerit Baſilicā ipſam Vaticanam; at hāc nominauit *Memoriam* (vt olim vocabantur Eccleſiæ, vtpotè in memoriam Sanctorum extructæ) contradiſtinctam à Cathedrâ S. Petri; ſed quaſi eam continentem.

Temporibus Symmachi, & Hormiſdę Pontificū * floruit Ennodius Epiſcopus Ticinenſis: Is in Apologetico libro, quem compoſuit anno DIII. aduerſus eos, qui contra quartam Synodum Romę habitam à Symmacho Papâ, ſcribere auſi ſunt, hæc prope finem adiecit: [Mundi caput Romam per veſtras intentiones eſſe proſtratam, & nutricem Pontificij Cathedram quaſi vltimum videre ſedile deſpectam.] Authorem hìc loqui de materiali Cathedrâ Petri indubitatum eſt, cùm adiungit:] Ecce nunc ad geſtato.

S. Aug. lib. 22. de Ciuit. c. 10. S. Paulinus epiſt. 13. S. Hieron. aduerſ. Vigil. Anaſt. in vita Anacl. ad an. 103. Damaſ. Pap. in Anacl. Panuin. de ſept. Vrb. Eccl. cap. 4. Conc. Carthag. V. c. 14. Ferrand. in diſq. relig. lib. 1. c. 3.

* DIII

Bellarm. de ſcriptor. Eccleſ. Anaſt. in vita Hormiſd. Pap. Ennod. in lib. apolog. aduerſ. impugn. IV. Synod.

ſtatoriam ſellam Apoſtolicæ Confeſſionis vda mittunt limina candidatos,& vberibus gaudio exactore fletibus, collata Dei beneficio dona geminantur.]

Quid enim per *vda limina*, niſi extrema ſacri Baptiſterij madida labra, vel ſupremos gradus Vaticani fontis, in quo tunc regenerandos immergere ritus Baptiſmi ferebat, Ennodius intelligit? quem fontem adeo inſignem Damaſus adhuc Presbyter iuſſu Liberij conſtrui curauit, vt cùm primò Liberius illum vidit, præ gaudio lachrymatus ſit; *Candidatos* verò, quos niſi nuper ablutos aquâ Baptiſmatis appellat? quos Chriſto renatos illico ad venerandam Petri Cathedram flẽtes præ gaudio mittere conſueuerat; vt præſtitâ ab illis humili ſubiectione Magiſtræ veritatis, Deique arcanorum Inter-

Proton. in Act. Liberij lib. 1. Concil. cap. 7. Baron. tom. 4. ad ann. 384. num. 19. Panuin. Cod. mſſ. de rebus memor. & præſtan. Baſil. S. Petri lib. 3. cap. 13.

ter-

terpreti, dona in Baptiſmate nuper ipſis collata, Dei ipſius beneficio geminarentur.

Nec ſanè potuiſſet Ennodius elegantiùs Cathedram Vaticanam paucis delineare, quàm eam appellando Sellam geſtatoriam Apoſtolicæ Confeſſionis; illa etenim è loco Vaticanæ Confeſſionis olim effoſſa, ad vſum geſtatoriæ ſellæ procul dubio affabrè facta cernitur, habens in vtroque latere duplicia manubria ferrea, haſtis portatilibus immittendis appoſita, vt ſuo iam loco fusè diximus. Præterea ex illius etiam verbis colligitur fuiſſe ligneam, ideoque portatilem; cùm primis naſcentis Eccleſiæ temporibus Cathedras vni certo affixas loco, ex marmore erigi conſueuiſſe pateat ex Sedibus pleriſque, quæ in antiquiſſimis Romæ Cœmeterijs, & Cryptis cernun-

Mich. Leonic. in not. mſſ. in Biblioth. Barberin.

nuntur ; & extra Vrbem propè Agenum in Gallia viſitur adhuc Sancti Capraſij Pontificalis Cathedra in grandi excita lapide ſub hiatu ſepulturæ cuiuſdam, in qua ſolitus erat Paſtor oues ad ſe perſecutionis metu fugientes, Sacramentorum, ac doctrinæ pabulo recreare, vt refert Sauſſayus.

Sauſſ. in ſupplem. Martyrolog. Gallic. 5. Id. Iun.

Ritus verò mittendi Neophitos recens baptizatos ad Cathedrã Petri venerandam, ex verbis Sancti Leonis Papæ planè euincitur pietati, & rationi conformis. Sic enim ille: [Quoniam Petrus, qui in propriâ Sede viuit, & præſidet, præſtat quærentibus fidei veritatem.] En igitur myſterium mittendi nuper baptizatos ad Petri Cathedram, nempe quaſi ab ea fidei veritatem quæſituros; hinc autem qualis erga Petri Cathedram in Eccleſiæ primordijs pietas vigeret,

S. Leo Pap. ſerm. 2. de ſua aſſumpt.

ret,

ret, abundè elicitur. Sed iterum ad propoſitam Authorum ſeriem de Cathedrâ ſcribentium proſequendam redeamus.

DCCV. *Anaſt. Bibl. in vit. Ioan. VII. Iacob. Grimald. in tract. mſſ. aſſeru. in arch. Baſil. Vatic.*

In Sacello Ioannis VII. qui ſedit ab anno DCCV. ad an. DCCVII. (vt tradit Iacobus Grimaldus Notarius, & Archiuiſta Capituli Sancti Petri) teſſellato opere extabant delineatæ Cathedræ Hieroſolymitana, Antiochena, & Romana. At veriùs Cathedræ iſtæ expreſſæ erãt imagine Petri Hieroſolymis, Antiochiæ, & Romæ Euangelium prædicantis.

DCCLXXII. *Veg. lib. mſſ. de reb. antiqu. memor. Baſil. S. Petri lib. 4. Torrig. troſ. ſacr.*

Maphæus Vegius, qui (vt aſſerit Turrigius, & ex eiuſdemmet mſſ. colligitur) floruit ſedente Nicolao V. ab anno ſcilicet MCCCCXLVII. ad ann. MCCCCLV. ſcripſit: [Porrò in ipſo Altari S. Adriani factus eſt nunc egregiè ornatus, vbi collocata eſt Cathedra, ſuper quam ſede-

re

re B. Petrus, dum ſolemnia ageret, conſueuerat.]

Quòd verò in eodem Oratorio idemmet Adrianus Cathedram collocaſſet, Grimaldus his verbis affirmat: [Adrianus I. qui ſedit anno Dom. DCCLXXII. iam elapſis annis octingẽtis quadraginta ſeptem, non longè ab arâ SS. Leonum in dextro Templi brachio, in honorem S. Adriani Martyris, vbi poſt obitum ſepultus fuit, tanti Pontificis tumulum Carolo Magno uerſibus ornante, qui hodie exſtant inciſi marmore Lucullo, ſiue Numidico in Baſilica penes ſacellum Sanctorum Leonum in aula Capituli muro pro interim affixi in magna marmorea tabula Numidica, in quo ſiquidem ſacello, loco ad hoc decẽtiſſimè fabrefacto prædictam Beati Petri Cathedram populi deuotioni uenerandam ex-

Iacob. Grimaldus in Catal. ſac. reliq. aſſeru. in Arcb. Baſil. Vatic.

Teſte Grimaldo hæc tabula anno 1619. collocata eſt ſub porticu Baſilicæ.

poſuit, in eoque cuſtodiri mandauit, vt Maphæus Vegius memoriæ prodidit, atque in dicto B. Adriani I. oratorio, ſuo tempore aſſeruari ſcribit. Singularis certè memoria ab Adriano I. ad hæc vſque tempora huius Sanctæ Sedis ligneę à tanto Pontifice ſanctitate conſpicuo, ſuo in ſacello Sancti Adriani nomine collocatæ, per tot tempora conſeruatæ.]

Hæc ipſe Grimaldus, qui non ineptè Vegij teſtimonium in hunc ſenſum trahit; ſiquidem ille de loci conſtructione tunc habitâ, in quo Cathedra extabat, non meminit, ſed de alio ornatu, ibi tunc ſuperaddito loquitur. Extabat itaque iam ibi locus, nec ornatu carens, quandoquidem alius egregiè ornatus illi ſuperadditus fuit: ornatus autẽ neceſſariò ſupponit fuiſſe ibi idoneum locum, quem ornatus

ille decoraret. Rurſum quia in libello MS. nomen locus additum eſt, nempe *locus alius egregiè ornatus*; ſi hoc amanuenſis incuriâ accidit in MS. quod apud me habeo, adhuc in eâdem ſententiâ perſiſto: etenim vocabulum *alius* id ſignificat, vt ibi olim extaret locus non tam decentèr ornatus, in quo Cathedra aſſeruaretur.

Petrus Manlius, qui vixit Alexandro III. Pontifice Maximo, in Ioanne Caballino ſe legiſſe narrat, quòd ſedente Alexandro II. lignea Cathedra, exorto fortè incendio, & omnia circumcirca latè depaſcente, in medijs flammis Diuina, vti credimus, virtute illæſa permanſit. MLXI.

Petr. Manl. in mſſ. de conſuet. & reb. antiq. Baſil. Vatic. Ex Præfat. ad ad Aelx. III. Iacob. Gretſer. de Imaginib. non manufactis cap. 17.

Benedictus Baſilicæ S. Petri Canonicus hæc affert; [In Cathedrâ S. Petri legitur, ſicut in die Natalis eius. Tantùm ad Veſp. ad Ma- MCXXX.

Benedict. Canonic. Bibliot. Card. S. Seuer. in libell. mſſ. aſſeru. in Ar-

 tutin.

cb. S. Petri ad Guidonem S. Marci Præſbyt. Card.

tutin. & Laudes canitur, *Ecce Sacerdos*. Statio eius in Baſilicâ. Dominus Papa debet ſedere in Cathedrâ ad Miſſam.]

Patet verò, Authorem loqui de Cathedrâ ligneâ S. Petri; etenim in conſuetâ Sede eminenti Pontificem ſediſſe, ac ſedere debuiſſe, nedum in feſtiuitate Cathedræ ad Miſſam tantùm, ſed in ſingulis Solemnitatibus, etiam ad Veſperas, Matutinum, & Laudes, liquet ex Ordine Romano, & ex antiquis, & modernis Cæremonialibus. Præterea quòd per totum libellum, cum de Sede Pontificiâ loquitur, eam ſemper nominat Sedem eminentem, & vocabulo *Cathedra* nuſquam vtitur.

Clarè autem deducitur, quo tempore Benedictus vixerit, ex eo quòd libellum dicauerit Cardinali Guidoni de Caſtello, qui ex Dia-

cono

Digitized by Google

cono Cardinali S.Mariæ in Viâ latâ Præsbyter Cardinalis S. Marci renunciatus eſt anno MCXXX. mox ad Pontificatũ euectus an. MCXLIII. dici voluit Cæleſtinus II. quare hoc medio tempore libellum in lucem dedit; idque confirmatur, quia in eo agitur de coronatione Innocentij II. tunc temporis peractâ, anno ſcilicet MCXXX.

Ciac. in vita Celeſtin. II. ann. 1143. Panuin. de Roman. Pont. et Card. creat.

Hinc verò Ioannes Seueranus accepit, quod Italo idiomate ſcripſit his verbis: [Soleuano però i Papi nella feſta della Catedra di S. Pietro ſedere in eſſa Catedra, mentre ſi cantaua la Meſſa ſolenne, per la deuotione, che gl'haueuano, e per rappreſentare al popolo la perſona di S. Pietro, del quale eſſi Pontefici erano, e ſono legittimi Succeſſori.]

Gio. Seueran. mem. Sac. delle Sette Chieſe

MCLIX.

Otto Friſingenſis hæc de Cathedrâ habet: [Et proximo ſequen-

Bellarmin. de Script. Eccleſ.

Otto Friſing. lib.2.c.67.70 72. de geſtis Frideric. Imp. ann. 1159.

ti Sabbato Dominus Octauianus Cardinalis Sanctæ Cæciliæ in Romanum Pontificem electus,& immantatus eſt,& in Cathedrâ B. Petri collocatus eſt.] Rurſus cap.70. quòd præſente, & non contradicente Rolando quondam Cancellario (Alexandro III. Pontifice) quem eo nomine, quod in priuatâ fortunâ habuerat, Schiſmatici appellabant, in Cathedrâ B. Petri fuerit collocatus. Et cap.72.[Epiſcopi partis Victoris, quæ ipſum vndecim diebus, antequam Alexander immantaretur, immantatum fuiſſe, & in Sede B. Petri, aduersâ parte præſente, abſque reclamatione ſediſſe Victorem aſſerebant &c.]

Ioan. Pinadel. de num. quinar. vbi agit de Ioann. V.

De quâ ceremoniâ Ioannes Pinadellus inquit: [Inter cætera ſua inſtituta voluit etiam (Ioannes V.) Romanum Pontificem ab Oſtienſi,

ſi, Portuenſi,& Veliterno Epiſcopis conſecrari; qui quidem vſus etiam perdurat, cùm antea nouus Pontifex ſolùm ad Cathedram S. Petri deduceretur, cui inſidens poſſeſſionem acciperet.]

Mos enim erat Pontificum, & cana conſuetudo demonſtrabat (ſunt verba Anaſtaſij) vt is, in quem Sacerdotes, & Clerus conueniſſent, in Patriarchium Lateranenſe duceretur, & ibi in Solio Pontificio ſublimatus,cum pedum beatorum oſculo á Proceribus, & populo Pontifex Romanus acclamaretur. Proximo autem die Dominico, manto pontificali indutus, ad Eccleſiam S.Petri cum hymnis, & canticis equitaret, vbi in Apoſtolicâ ſacratiſſimâ Petri Cathedrâ (ſic eam appellat Anaſtaſius) collocatus, recitatâ ſuper eum collectâ ab Epiſcopo Oſtienſi ex inſtitu-

Anaſtaſt. in vita Benedicti. III. ann. 855.

Anaſt. in vita Gregor. III. Valent. I. Bedict. III. Nicol. I. Hadrian. II. Baron. in apend. ad tomum. 11. de Leone IX.

Anaſt. in vita Leon. IV.

Anaſt. in vita S. Paul. I. & Serg. II.

Anaſt. in vita S. Marci anno 336. ſtitutione S. Marci Papæ Pallio Pontificali indueretur, ac ita Vrbis, ac Orbis Pontifex conſtitutus Miſſarum ſolemnia ageret. Verùm cùm in Baſilicâ Vaticanâ ſequeretur electio, electus illicò manto *Anaſt. in vita Sergij II. Otto Friſing. vbi ſupra.* pontificali decoratus, & in Cathedrâ S. Petri collocatus, Pontifex inauguraretur; mox proximo paritèr Dominico die Pallium, vel niſi antea eſſet Epiſcopus, Cõſecrationis munus ſuſciperet, primis quidem temporibus ab Epiſcopo Oſtienſi tantùm, mox à tribus *Anaſt. in vita Leon. II. & Ioan. V.* Epiſcopis Oſtienſi, Portuenſi, & Veliterno, vel his abſentibus, ab alijs ſucceſſiuè antiquioribus Epiſcopis Cardinalibus; quod primò ſeruatum tradit Anaſtaſius à Leone II. quàmuis Pinadellus idipſum *Anaſt. in vita eiuſd. Leon. II* Ioanni V. immeritò adſcripſerit. Hiſce cæremonijs tandem acceſſere Coronationis ſolemnia, de quibus

bus primùm Anaſtaſius meminit in electione Nicolai I. *Anaſt. in vita Nicolai I.*

Hunc autem ritum, quo electus Pontifex in Cathedrâ S. Petri inthronizari conſueuerat, nulli dubium eſſe poteſt, intermiſſum aliquando fuiſſe, ab ijs videlicet Pontificibus, qui extra Vrbem electi, & conſecrati ſunt. Sed cùm Sedes Auenionē translata eſt, tunc omiſſum omninò opinor, & Petri Cathedræ maximam Templi aram ſubſtitutam, in quâ nouitèr electus ſederet, quam ſeſſionem quaſi alterâ ſpecioſiorem Romæ poſtea electi Pontifices vſque in hodiernum diem retinuerunt.

Nec obſtat, tum de Pontificibus Auenione electis ab Hiſtoricis Eccleſiaſticis idipſum affirmari; nempe quòd ſederint in ſacratiſſimâ Sede, ſeu in Cathedrâ S. Petri: hi enim hanc loquendi formam ab

Ana-

Anaſtaſio vſurpatam, non vt ille, adhibuerunt, cùm de ſolemnijs agitur, quæ in Baſilicâ Vaticanâ circa nuper electum Pontificem, ac præcisè in eius incathedratione ſeruari mos erat; ſed recenſendo eorum electionem, non verò electionis cæremonias, vel enumerando annos, quibus vixerunt (vt ipſi aiunt) in Sede, vel Cathedrâ Sancti Petri; quod ſanè de omnibus Pontificibus prædicabile eſt, ſed noſtræ aſſertioni non officit.

MCLX. *Iacob. Grimald. Arch. Baſil. S. Petr. in tabul. reliq. pag. 59.*

Iacobus Grimaldus ex Manlio accepiſſe tradit, conſueuiſſe olim fideles mirâ largitate oblationes Cathedræ S. Petri dietim offerre.

MCCLXXIX *Nicol. III. ann. 1279. Pont. 1.*

Nicolaus III. ſtatuit, ne denarij, qui dabantur Canonicis, portantibus ad Altare, & reportantibus Cathedram S. Petri, computarentur inter reſidua applicata nouis erigendis portionibus Canonicali-

calibus, ſed diuiderentur, & de eis fieret, vt hactenus fieri conſueuerat: datis literis apud S. Petrum, quarum originale extat in Archiuio Baſilicæ. Illud verò aduerbium *hactenus*, quo vſus eſt Nicolaus in aſſerendâ conſuetudine diuidendi denarios inter Canonicos portantes, & reportantes ad Altare Cathedrã S. Petri, certè probat huiuſmodi conſuetudinẽ diù antea ſeruatã.

Iacobus Cardinalis Stephaneſcus agens de coronatione Bonifacij VIII. Cathedram S. Petri his verſibus innuit: MCCXCIV. *Iacob. Card. Stephaneſc. in Annal. Eccl. ad an. 1294.*

.... Laterani Templa nouellum
Suſcipiunt Patrem: cõfeſtim Principis Aula
Clauigeri Petri gaudens ſuſcepit euntèm.
Hic locus, hic thalamus, ſedes quoque feſta ſacrandis
Pontificibus.....

Opi-

Opizo, ſeu Opizinus natus in Lomello ſub Ioanne XXII. Cathedram S. Petri ligneam memorat: teſte Ioſepho Maria Suareſio Epiſcopo Vaſionenſi, viro eruditiſſimo.

MCCCXVI. *Opizo in fol. mēbran. Arch. inferior. Auenionen.*

Antonius Petri Beneficiatus Baſilicæ Vaticanæ hæc in Diarijs annotaſſe legitur: [In nomine Domini Amen. Anno Domini MCDXI. Indictione iv. menſe Februario; die Dominica xxij. dicti mēſis, quę fuit Dominica de Quinquageſima, ac etiam feſtum Cathedræ S. Petri, & ludus in Teſtacciâ, Carnis breuium. Dominus Petrus tit. Sanctæ Praxedis Præsbyter Cardinalis, & Legatus in Vrbe celebrauit Miſſam in Altari maiori Sancti Petri admodum Pontificalitèr tanquam Legatus. Item Cathedra S. Petri fuit poſita ante Cancellos in Choro maiori per totam Miſſam,

MCCCCXI. *Ant. Petri Benef. Diar. mſſ. aſſeruat. in Arch. Baſil. Vatic.*

Google

ſam, quam celebrauit Dominus Cardinalis. Item poſt Miſſam fuit poſita in ſuo loco prope Crucifixum, vt moris eſt.] Hinc planè colligimus, ſolemnitatem Romanæ Cathedræ interdú fuiſſe omiſſam, illius tamen cultum perpetuò retentum eſſe; nec ineptè ex verbis citatis deducimus, eâ ipsâ die Cathedræ vtriuſque memoriam celebrari conſueuiſſe. Prædictus Dominus Cardinalis Petrus Fernandi Friaz à Clemente VII. Pſeudo-Pontifice creatus eſt an. MCCCXCIV. mox adhærens Concilio Piſano, in obedientiâ Alexandri V. canonicè electi confirmatus, nuncupatus Cardinalis de Hiſpania, fuit Archipræsbyter Baſilicæ Sancti Petri, & Ioannis XXIII. Legatus in Vrbe.

Panuin. in Roman. Pontific. & Card. creat.
Ciacon. in vit. Clement. VII. Pſeudo-Pont.

Tiberius Alfaranus aſſerit, quòd tempore Nicolai V. nempe anno MCCCCXLVII. Cathedra aſſeruabatur in

MCDXLVII.
Tiber. Alfar. lib. mſſ. aſſeru. in Arch. Baſil. Vatic.

in Sacello SS. Seruatij, & Lamberti, vbi adhuc Reliquiæ in Sacrario aſſeruantur, quæ his conceptis verbis affirmat: [In hoc etiam Sacello Sedes, ſeu Cathedra S.Petri pulcherrima, ſuper quam ſedebat; cùm munia Pontificalia exercebat, honorificè conſeruatur.]

MCDLXX. *Petr. de Natal. Catal.Sáctor.* *Gerard. Voſſ. hiſt. latin. lib. 3. cap. 8.*

Petrus de Natalibus Epiſcopus Equilinus, quem Gerardus Voſſius floruiſſe tradit anno MCDLXX. hæc de Cathedrâ ſcribit: [Monſtratur autem vſque ad præſens eius Cathedra, in quâ Romæ fuit primitùs exaltatus, in Eccleſiâ videlicet S. Petri, vbi pro antiquis, & venerabilibus Reliquijs conſeruatur; & dicitur, quòd nullus Papa in ipsâ Sede aliquando ſedere præſumpſit. In quo tamen is Author deceptus eſt, vt ex ſupra à nobis dictis apertè conſtat, niſi fortè intellexerit, ſe adhuc viuente, ne-

neminem compertum eſſe ; qui Pontificem aliquando vidiſſet in ligneâ S. Petri Cathedrâ ſedentem; quod veriſſimum eſt, cum ſolemnis ille ritus inthronizandi Pontifices in ipsâ Petri Cathedrâ, iam in deſuetudinem abijſſet ab anno circitèr MCCC. ac proinde neminem a ſe reperiri potuiſſe duobus ferè poſt ſeculis viuente, qui ſacram illam vidiſſet Cæremoniam. Cæterùm ſi velit inficiari ea, quæ de antiquis Pontificibus ſupra ſcripſimus, manifeſtè repugnat veritati à grauiſſimis Authoribus traditæ, & antiquo Eccleſiarum Alexandrinæ, Antiochenæ, & Aquileienſis vſu confirmatæ. Hæc obitèr dicta ſint: pergo ad alia Authorum de lignea Petri Cathedrâ ſcribētium teſtimonia recenſenda.

Panuin. & Ciacon. in vita Io. XXII. anno 1316.

Ioannes Eckius [Quarto verò (inquit) anno Imperatoris Claudij, MD.

Bellarm. de Script. Eccl.

qui

Ioan. Eck. tom. 3. in homil. de Cathedra.

qui & vltimus ſuæ extitit adminiſtrationis, Petrus Romam venit, vbi, cùm magna hominum multitudo ad fidem iam eſſet conuerſa, erexerunt ei hìc quoque Cathedram magnificam, & ipſum deſuper impoſuerunt, ibique rexit annis xxv. quod & Diuus Hieronymus teſtatur, & Damaſus Papa.] Loqui videtur Eckius de Claudio, cuius Imperij anno ſecundo Romam venit, non verò quarto, vt ipſe putat, & peritiores Chronologi, & quod caput eſt, multi Sancti Patres affirmant.

Albert. Pigh. cōp. Hierarch. Eccleſ. lib. 3. c. 13 prope fin.

Eckio Germano alium adiūgamus Authorem Belgam Campenſem, pietate, & eruditione parem: is eſt Albertus Pighius, qui de Petri aduentu in Vrbem diſſerit, & de illius Cathedrâ Romæ collocatâ mentionem facit. [Vniuerſa (inquit) Chriſti Eccleſia, quæ ante an-

annum milleſimum trecẽteſimum, & eò amplius ad præſentem vſque diem ſolemnitatem Cathedræ eius primò ibidem collocatę anniuerſariam celebrat] & paulò inferiùs. [Breuitèr planè impoſſibile eſt, vt non fuerit toti Eccleſiæ notiſſima, ſeu mors, ſeu vita, ſeu Sedes, aut Cathedra Petri pro ſingulari eius in Eccleſia dignitate, & Primatu.]

Id ipſum ijſdem ferè verbis Nicolaus Serarius affirmat.

M.D.

Nicol. Serar. de Viſib. Monarch. Eccleſ. lib.7.

Thomas Maſſutius hæc de Cathedrâ ſcribit:[Quòd Romæ S.Petrus ſupplicio Crucis ſit affectus, mille,& quingentis annis creditum eſt ab Orbe vniuerſo, extantibus intra,& extra Vrbem illuſtribus de eâ re monumentis,ſacris Reliquijs, & Cathedrâ, in quâ ſedit.]

Thom. Maſſut. lib.3. c.3. in vit. S.Paul.

In libello, cui titulus,*Mirabilia Romæ*, typis edito anno MDXI. iſta leguntur: [Item ad ſiniſtram par-

MDXI.

Marcell. Silibert. libell. mirabil.Rom. an. 1511. impreſ.

E tem

tem Chori eſt vnum Tabernaculum, in quo hodiernè ſeruatur illa Sedes, ſeu Cathedra, quæ facta fuit B. Petro, quando adhuc Sedem Epiſcopalem tenuit in Antiochiâ, & pulchrè decorata, & in feſto (quod dicitur Cathedra Petri) ponitur foras ad Chorum cum ſolemnitate, vbi omnes homines pro ſuâ deuotione eandem attingere poſſunt] Huius libelli Author antiquiorem facere videtur Cathedram ipſo Petri aduentu ad Vrbem, & Romanam Cathedram cum Antiochenâ confundere: neutrum placet, quia traditioni antiquæ, & annalibus Eccleſiaſticis apertè repugnat, vt inferiùs videbimus, cùm de hac re recurret ſermo, & paucos adduxerimus Authores, qui inani quâdam veritatis ſpecie decepti, in eam iuere ſententiam.

Onu-

Onuphrius Panuinius [Tertium (ait) delubrum , & Altare proximè fuit S. Adriani Papæ, in quo ſeruabatur Cathedra S. Petri Apoſtoli] pag. verò 55. eam ſic inter Reliquias recenſet : [Cathedram S. Petri Apoſtoli .] Præterea in lib. MS. De rebus memorabilibus, & præſtantia Baſilicæ Sancti Petri. [Seruatur verò (inquit) Cathedra ipſa, in quâ primus omnium ſedit Epiſcopus Petrus, deinde qui ei ſucceſſerunt in eo ipſo loco, in quo Petri Succeſſores permanſiſſe credendum eſt, cum Cathedra ipſa ibidem perpetuò fuerit.] Proſequitur mox Cathedræ deſcriptionem his verbis. [Ea Cathedra lignea eſt , emblematibus , & quibuſdam eburneis ſigillis ornata , antiquitatem ipſiſſimam adhuc redolens, quæ perpetuò pro Petri Cathedrâ in Eccleſiâ illâ ve-

MDLX.

Onuphr. Panu. de ſept Vrb. Eccleſ. pag. mihi 41.

Idem mſſ. de reb. memorab. & præſtant. Baſil. S. Petri cap. 4.

nerata fuit, maximum ſupremæ dignitatis Baſilicæ argumentum.]

Quàmuis autem non ſit mei inſtituti ipſam Cathedram fuſiùs deſcribere, quia tamen in eam incidimus, alios quoque Authores de eâdem tractantes mihi liceat in medium proferre.

Iacobus Grimald. in tabul. Reliq. aſſeru. in Baſil. Vatic.

Iacobus Grimaldus ſic inquit: [Ornatur eburneis phrygijs duorum digitorum latis, ad flores, & homines, & animalium capita elegantiſſimè ſculptis; frons tota quantum quadratum continet, pulchris operibus eburneis artificioſè cælatis, & auro ſegmentatis paritèr decoratur.]

Franc. Maria Torrig. della Baſilica di S. Pietro cap. 21.

Franciſcus Maria Turrigius Italico idiomate ita ſcribit: [D'auanti è larga palmi quattro, e alta tre, e mezo; da i lati larga poco più di due palmi, e mezo; di dietro con l'apoggio palmi ſei; è fat-

ta

tà à colonelle, & archetti tutta di legno; dette colonnelle ſono alte vn palmo, e due oncie, e l'archetti due palmi, e mezo; dinanzi ſonoui intagliate dicidotto hiſtorie d' auorio, con finiſſima eſquiſitezza lauorate con lauorini ſottiliſſimi di ottone, intorno ſono di baſſo rilieuo molte figurette d'auorio; nell' appoggio è groſſa quattro deta; e perche per l'antichità andaua mancando, fù cinta di cingoli di ferro, e di alcuni legni.] Sanè Turrigius quàm accuratè omnia inueſtigauit, ſed in ornatu Cathedræ deſcribendo deceptus eſt, quoniam ex aurichalco conſtare putauit, cum tamen ex auro ſit puriſſimo, vti re ipsâ, iuſſu Sanctiſſimi Domini Noſtri ALEXANDRI VII. veritatis, & antiquitatis indagandæ ſtudioſiſſimi, à viris peritis accuratè

examinatâ, compertum fuit.

De eâdem, eburneis icunculis, ſignis, & figuris pulcherrimè adornatâ, ita cecinit Ambroſius Nouidius à Turrigio relatus.

Ambr. Nouid. faſtor. lib. 2. Torrig. nell' append. delle Grott. Vatic.

Interea Patris ſignatur Sella figuris,
V nde modò huic ſignis ſculptile ſubſtat ebur.
Clauiger Alcides, & Petrus clauiger ipſe,
Magnus vterque animo, fortis vterque manu.
Hinc ne vana putent Patres, ætaſque ſequentum,
Sella tulit piſces, Herculis haſta tulit.
Sed mutata vides, nec ſunt conformia primis,
Singulus ad Sedem, ſingula ſigna refert.
Auget honor cultum, ſemperque augebit in annos,

Signa-

Signarique placet facta, ſed inde manent:
Sede quòd ergo illa vectus, dixere Cathedram,
Iure diem, Graius ſit, licèt illa ſonus.

Angelus Rocca Epiſcopus Tagaſtenſis [Aſſeruatur (inquit) in hac Baſilicâ Petri Sedes ex Antiochiâ translata] *Angel. Rocc. in Bibl. Vatic. append.*

Roccam ſequuti ſunt nonnulli recentioris æui Authores, & cum illo paritèr hallucinati, illius fortaſſe libelli *De mirabilibus Romæ*, quem ſupra citauimus, verbis decepti; verba ſunt hæc: [Item ad ſiniſtram partem Chori eſt vnum tabernaculum, in quo hodiernè ſeruatur illa Sedes, ſeu Cathedra, quæ facta fuit B. Petro, quando adhuc Sedem Epiſcopalem tenuit in Antiochiâ] Hæc etiam leguntur in deſcriptione Eccleſiarum

Lib. inſcript. Deſcript. Ecclеſ. Vrb. Rom. Vrbis Romæ typis mandatâ anno MDV. ne vno quidem apice mutato, quibus non diſſimilia cecinit his carminibus Ambroſius Nouidius. *Nouid. lib. 2. faſtor.*

Haud mora, ſunt omnes cæleſti Numine moti,
Itur ab Aſſyriјs in ſacra tecta Remi.
Oſtia contigerant pueri, matreſque, nuruſque,
Ipſeque commiſta plebe Senatus adeſt.
Pompa fit: attollunt apices ante ora Diales,
Candida, & hic cœtus, ſacraque membra Chori.
Sedeque ſuſcepta, collumque, & pectora laxant
Illa fora ingreditur, celſaq; tecta ſubit.
Excipitur plauſu, & velata frondibus ara

Poni-

Ponitur, & ſummo cum Patre
Sella loco.
Oſcula dant pedibus, ſpectant, adeũt-
que ſedentem,
Et ſancta accipiunt proſpera ſi-
gna manu.
Itur ad hanc, coeunt ſacro, matreſq;
virique
Oſcula dant memores, ſupplicitèr-
que colunt.

Franciſcus Maria Turrigius, Tobiam Coronam idipſum à Clemente accepiſſe, his verbis Italico idiomate aſſerit: [Clemente riferiſce, che S. Pietro in Antiochia mutò in Chieſa la caſa di Teofilo, nella quale poi collocò la ſua ſanta Sede, e Catedra, la quale Sedia è quella, che ſi conſerua dall'iſteſſo tempo, che S. Pietro riſedeua in Antiochia, poi in Roma ſin adeſſo con gran religione, e riuerenza.] At Tobias hæc tantùm à Clemen-

Torrig. nell' appendice alle ſacre Grotte Vaticane fog. 567.

Tob. Coron. Sacr. Tempij p. 1. c. 5. mente ſe deſumpſiſſe ſcribit. [Clemente riferiſce, che S. Pietro in Antiochia mutò in Chieſa la caſa di Teofilo, nella quale poi collocò la ſua ſanta Sede, e Catedra] Vbi notabis, Turrigium falsò tribuere Tobiæ, & Clementi, eandem eſſe Cathedram Romæ, quæ fuerat Antiochiæ, quod eius verba attentè legenti manifeſtum erit: *Clem. lib. 10. recogn.* verba Clementis ſunt hæc. [Itaut omni auiditatis deſiderio, Theophilus, qui erat cunctis potentibus in Ciuitate ſublimior, domum ſub ingentem Baſilicam Eccleſiæ nomine conſecraret, in quâ Petro Apoſtolo conſtituta eſt ab omni Populo Cathedra.] Quæ igitur Turrigius ex proprio marte deprompſit, Clementis authoritate muniuit, vt maiorem tanti nominis obtentu, â ſe dictis fidem conciliaret.

Cæ-

Cæterùm tam Rocca, quàm Turrigius, et ſi qui alij in eâ fuere ſententiâ, hac in re à veritatis ſcopo aberrarunt; idque illis contigiſſe exiſtimo, vel quia Authori ſupracitati libelli, *De mirabilibus Romæ*, eum tradenti errorem nimium crediderunt, vel quia Cardinalis Baronij de Cathedrâ loquentis verba legentes, germanum illorum ſenſum minimè ſunt aſſecuti; Baronius enim in notis ad Martyrologium die xviij. Ianuarij ita ſcribit: [Quo etiam vſu, & ratione Romana Eccleſia eam diem ſolemnitèr agere conſueuit, quo Romanæ natalis eſt Cathedræ: quando (inquam) S. Petrus Romæ Diuino conſilio primùm ſedere cœpit, translatâ illuc Sede, quam ſeptem annis tenuit Antiochiæ.]

Baron. in not. ad Martyrolog. die 18. Ianuar.

Verus horum verborum ſenſus eſt, Petrum Romæ Diuino motum

tum

tum conſilio ſummi Pontificatus Sedem conſtituiſſe, in quâ vniuerſo terrarum Orbi præſideret. Quibus verbis non ligneam, & materialem (vt ita dicam) Cathedram, in quâ ſederat Petrus Antiochiæ, Baronius intellexit, ſed Apoſtolicam Sedem, & Pontificiam Dignitatem ſignificauit, quam Petrus ſuam perpetuò perſonam comitantem ex Antiochiâ Romã tranſſtulit, ibique certam, & immobilem ſibi, & ſuis Succeſſoribus Chriſti Vicarijs, Romanis Pontificibus Sedem fixit.

MDC. *Laurent. Beyerlink. in Theatr. vit. human. tom. 6.*

Laurentius Beyerlink recenſendo inter Reliquias S. Petri Cathedram Principis Apoſtolorum his verbis vtitur: [Euſebius lib. vij. cap. xv. de Sede ligneâ S. Iacobi Apoſtoli; Seruatur (inquit) cum ingenti ſtudio, velut à maioribus tradita memoria ſanctitatis, & cum

ma-

magnâ veneratione habetur (hæc ille) non ergo rideant Lutherani ; ſi quando audiunt Romæ Cathedram S. Petri ligneam venerari.]

Auguſtinus Mannus hæc ex Baronio excerpſit : [Cæterùm ipſa prima Sedes , Petri Cathedra inquam lignea , dignum planè tantæ rei , eximiumque monumentum , quamplurimis ſemper miraculis illuſtrata , à maioribus aſſeruata , in eiuſdem Petri Baſilicâ Vaticanâ recõdita , hactenus cuſtoditur , & certis diebus Populo viſenda exponitur .] MDCXII. *Auguſtinus Mann. ſelect. hiſt. cap. 35.*

Occaſione miraculorum , de quibus meminerunt Baronius , & Mannus , ſuperuacaneum non erit ſcire , in vtriuſque Cathedræ Romanæ , & Antiochenæ ſolemnitate , & interdum in alijs etiam anni diebus ad Baſilicam à fidelibus deferri varij coloris cingula , tum hoſe-

loſe-

loſerica, quæ Cathedræ S. Petri applicita, & domos poſtea relata, ceu Diuinam virtutem ab illo Cathedræ tactu hauſerint, paſsim miracula patrant, & fœminas potiſſimùm in partu laborantes iuuant, vitæ periculo eximunt, & fœtibus felicitèr in lucem editis, priſtinæ ſanitati reſtituũt, quæ B. Petri interceſſione euenire certius eſt, quã vt probatione indigeant. Idque præ cæteris in ſuo Tabulario diſtinctiùs narrat Grimaldus. Huiuſce rei teſtis sũ ego (vtpotè Baſilicæ Vaticanæ Canonicus) qui eam vidi ſæpiſſimè, nec ſemel Cathedræ ipſi confluentium eò deuotionis causâ fidelium oblata cingula admoui, quæ ſanè non leue de Romanâ Cathedrâ traditioni, & Authorum, quos pro illâ citauimus, teſtimonijs pondus addunt. Nam ſi lignea Crux Saluatoris ſe prodidit

Iacob. Grimald. in Tabular. Reliq. mſſ.

ob

ob miracula eius tactu edita, cùm Hieroſolymis inuenta fuit ab Helenâ Conſtantini Imperatoris matre, etiam lignea Petri Cathedra veram ſe eſſe oſtendit, cùm ad illius tactum miracula, & ſigna patrantur.

Horum cingulorum virtutem, & ſingularia prodigia his verſibus expreſſit Nouidius. *Nouid. lib. 2. faſtor.*

Signa loci tangunt, ſe ſoluunt ordine zonis;
Haſque loco imponũt, ſubijciuntque manu.
Accipit, acceptas cingit, redditque miniſter,
Menſuraſque vocant Orbe quod æqua ligant.
Protinus à Sella cingebant corpora nodo,
Quaque pij cingunt parte iuuare putant.
Facta manent igitur, vulguſque accepta

cepta ſecutus;
Quod fecere prius; hac quoque luce facit.
Scilicet accedunt, ritumque ſequuntur Auorum,
Quaque illos cingunt parte iuuare putant.
Aegra thoro nupta eſt, ſpernit Lucina vocantem,
Cingitur, a partu ſoluitur illa ſuo.
Vrunt fortè latus cruciatus, cinge peruſto
Protinus abſcedunt, deficietque dolor.
Tacta ſeges creſcit, ſterilis ſi cingitur arbor,
Quot dederat flores, pomà tot inde dabit.
Cuncta ſed hæc fieri ſi nodus obambitur æquus,
Zonaque ſi ſacrum per loca tàngat ebur.

Hac

Hac puer intrantes ſolers exclāmat emaces,
Oblatoque vagus munere cogit, emas.
Hoc pia ſimplicitas, hoc ſanctum repperit æuum,
Tunc Caſa, cum fratrum parua Senatus erat.

Præterea Ioannes Seueranus refert miraculum ſuperiùs allatum illęſæ Cathedrę ab incendio, maternâ linguâ: [Si legge in vn libro di Giouāni Caballino riferito da Pietro Manlio, che in tempo di Aleſſandro II. conſeruandoſi detta Catedra in vn armario, ò caſſa di legno, ſi acceſe il fuoco in detto armario per vna candela di cera attacatoui, e riducendoſi tutto in ceneri, la Catedra reſtò illeſa, e ſenz' alcun ſegno dell' incendio.] Sed iam inſtitutum narrationis curſum repetamus. *Seueran. mem. Sac. delle ſette Chieſe.*

Iac. Grimald. in Tabular. reliq. aſſeruat. in Arch. Baſil.

Iacobus Grimaldus hæc de loco, in quo ſuo tempore Cathedra aſſeruabatur, annotauit. [In Tabernaculo, quod extat in Cappellâ veteris Baſilicæ Sanctorum Seruatij, & Lamberti, ac Sacrarum Reliquiarum, ex latere Euangelij, in medio parietis ſuis portis recluſo, intus ſerico panno rubeo, ex parte poſteriori cum vexillo S. Hyacinthi tecto; religioſè cuſtoditur Cathedra; in quâ Petrus Apoſtolorum Princeps primùm Romæ reſedit, nobili tegumento ex auro, & ſerico ad flores magnos rubros criſpante auro, cum inſignibus Sixti IV. tota contegitur.]

Diar. mſſ. Raphael. Volaterran. Anno 1480.

De hoc panno aureo Raphael Volaterranus hæc in Diarijs habet: [Die xxij. Februarij Pontifex (Sixtus IV.) viſitauit Baſilicam S. Petri, & obtulit Sacrario Baſilicæ aureum pannum ad operiendam Cathedrá

Apo-

Apoſtoli Petri, quæ & in eodem Templo cum ſummâ veneratione ſeruatur, ac ſe præſente iuſſit illam operiri eo munere, & talitèr ornatam in locum ſuum deferri mandàuit à maioribus Templi Sacerdotibus, incenſis cereis præcedentibus, cantantibus quoque nonnullis ad cæremoniam pertinentibus.]

Porrò huiuſmodi munus obtulit Sixtus ad operiendam Cathedrã, vt antiquum morem de Sedibus primorum Patrum ornandis renouaret; de quâ conſuetudine Baronius ita loquitur. [Nec tamẽ illud de his dicere prætermimus, quod ad hanc rem etiam ſpectare videtur; maiores ſcilicet noſtros, egregios pietatis cultores, vt qui probè ſcirent, loco Christi (quod ſæpe monet Ignatius) eſſe habendos Epiſcopos, Sedes illas, quibus illi in Eccleſiâ, cùm ſacras Sinaxes agerent, *Baron. tom. I. ad Ann. 45. n. 11.*

inſiderent, vt Diuinum thronum, velis egregiè ornare conſueuiſſe, eaſdemque tegere velamento. Id planè innuit Pontius Diaconus in Cypriani martyrio, cùm ait: Sedile autem erat fortuito linteo tectũ, vt & ſub ictu paſſionis Epiſcopatus honore frueretur. Et Auguſtinus ad Maximinum Epiſcopum Donatiſtam: In futuro (inquit) iudicio nec Apſides gradatæ, nec Cathedræ velatæ adhibebuntur ad defenſionem. Apſides ſanè gradatas cùm dixit, Sedes Epiſcoporum ſublimiori attolli faſtigio ſolitas, eſſe ſignificat. Et Pacianus Epiſcopi Sedem linteatam nominat in epiſt. ij. ad Sympronium. Sed hæc ſatis ad inſinuandos antiquos Eccleſiæ mores, cui planè rei nos ex inſtituto lectori deuinximus.] Huc uſque Baronius. Pergo vlteriùs.

D. Auguſt. ad Maximin. Ep. Donatiſt. epiſt. 203.

Pacian. epiſt. 2. ad Sympronium, & epiſt. con. Nouatianum.

MDCXXI. Horatius Scoglius hæc habet: [Ex.

[Extat hodie Cathedra, in quâ primùm Petrum Pontificia obeũdo munia ſediſſe, traditione accepimus. In tantæ rei memoriam læto, pioque cultu in Templo, quod Conſtantinus Cæſar multas poſt ætates ſummâ munificentiâ Petro erexit, aſſeruatur; ac celebri Vrbis feſtiuitate xv. Kal. Februarij colitur.] *Horat. Scogl. Hiſt. Eccleſ. pag. 94.*

Franciſcus Longus à Coriolano omnia ferè à Baronio accepit, & in ſuum Breuiarium Chronologicum tranſcripſit, paucis omiſſis in hunc modum: [Cæterùm ipſa prima Pontificia Sedes, Cathedra, inquam, lignea, miraculis illuſtrata, à maioribus aſſeruata, in eiuſdem Beati Petri Baſilicâ Vaticanâ hactenus cuſtoditur, & certis diebus Populo viſenda exponitur.] MDCXXII. *Franc. Long. à Coriolan. in Breu. Chronol. an. 45.*

Ioannes Seueranus vulgari ſermone ſic: [E l' iſteſſa Catedra di MDCXXX. *Gio. Seuer. memor. ſacr. delle ſette Chieſe.*

S. Pietro, illuſtrata con molti miracoli, e venerata con la debita deuotione, riconoſcendoſi in eſſa la prima Sedia, che vi ereſſe, venendo in Roma à tempo di Claudio Imperatore l'anno del Signore xLV. alli xviij. di Gennaro, nel qual giorno ſeguita la Chieſa di far memoria di vn tanto beneficio, & honore, che il glorioſo Apoſtolo S. Pietro fece à Roma, fondandoui la ſua Chieſa, e facendola capo di tutte l'altre del Mondo.]

Anton. Ricciul. lucubr. Eccleſ. lib. 1. cap. 6.

Antonius Ricciullus Archiepiſcopus Coſentinus hæc in ſuis lucubrationibus affert: [Prima Pontificia Sedes, Petri nempe Cathedra illa lignea, cui veluti in Pontificali throno inſedit, dignum planè eſt tantæ rei monumentum, quamplurimis ſemper miraculis illuſtrata, & à maioribus aſſeruata, in Baſilicâ Vaticanâ cuſtoditur,

cer-

certiſque diebus Populo viſenda exponitur: nam ſi ſola Petri vmbra proderat ad infirmos ſanandos (Act. cap. v.) vtique multò magis Sedes illa, quæ Cathedra fuit Apoſtolicæ prædicationis.]

Franciſcus Bellarinus hæc de Cathedra Italico idiomate ſcripſit: [A' Maria Cattolica ſucceſſe in Inghilterra Iſabella eretica, e tanto inimica del Primato di Pietro, che procurò opprimerlo affatto: come per il contrario il Papa (ſcilicet Paulus IV.) volſe eſſaltarlo, ordinando la feſta della Catedra Romana, ſecondo l'antica conſuetudine degl' Orientali, i quali celebrauano quella di Criſoſtomo, e del Magno Baſilio, e tanto più che quella di Pietro ancor ſtà per Reliquia in Roma.]

Franc. Bellarin. epilog. ſac. e Monarch. de Papi Card. 55

Multa etiam de Romanâ Cathedrâ tradiderunt Ioannes Lu-

Ioan. Lupard. de Eccl. Vrb.

pardus, Petrus Martyr Felinus, Ioannes Azorius, Petrus de Ribadeneira, Scultingus, Salmeron, Vghellus, Ioannes Pineda, Illeſcas, Andreas Sauſsayus, Michael Aninòn, Lelius de Zanchis, Menochius, Simancas, Cano, Cordoua, Petrus Galeſinius, Alphonſus Mẽdoza, Rodulphus Cuperſius, Sebaſtianus Medices, Cenedus, Ioannes Bollandus, Tannerus, Ciaconius, Biſciola, Spondanus, Thomas Maſſutius, Ducheſnius, Pancirolus, Bzouius, Iordanus, & alij, quos breuitatis cauſâ omitto.

Pom-

Felin. de Eccleſ. Vrb. Ioan. Azor. eod. tract. tom. 2. lib. 2. c. 24. Ribadeneir. Flos ſanc. 18. Ianuarij. Sculting. commen. Ecc. to. 2. Salmerõ. tom. 11. tr. 6. de vit. & geſt. Petri. Vghel. tom. 1. Ital. ſacr. init. Pineda Monarch. Eccleſ. p. 2. cap. 29. Illeſcas in hiſt. Pont. lib. 1. cap. 3. Sauſſ. in panopl. Sacerd. par. 2. lib. 4. cap. 10. & de gloria S. Andreæ Apoſt. lib. 1. Aninòn de vnit. Ouil. & Paſt. cap. 18. 19. & 21. De Zanch. de priu. Eccl. priu. 77. Menoch. de arbitr. caſ. 423. Simancas de Cathol. inſt. cap. 24. Cano de loc. Theol. lib. 11. c. 4. Cordoua in lib. 4. q. 1. propoſ. 8. Galeſ. in not. ad Martyr. 3. Cal. Iulij. Mendoz. in quodlib. q. 4. ſcholaſt. Cuper. in cap. Oportebat, & c. 79. §. Papa Romæ. Medic. in ſumm. omn. hæres. p. 2. Cened. in collect. ad Decret. pag. 16. et 17. Bolland. in act. SS. 18. Ian. Tanner. tom. 3. deciſ. 1. de fid. q. 4. Ciacon. in hiſt. Pont. in Petro; Biſciola in compend. Spondan. ad an. Chr. 45. Maſſut. in vit. S. Paul. lib. 3. c. 7. Ducheſn. to. 1. hiſt. Pont. Pancirol. Theſ. naſcoſti di Roma Chieſa vij. Bzou. tom. 1. hiſt. Eccleſ. ad an. 45. Iordan. in Chronol. ann. 45.

Pompeius Vgonius de eâdem ſcribens addit, aſſeruari in Eccleſiâ S. Laurentij in Damaſo de Reliquijs Cathedræ S. Petri; quod planè confirmat liber Actorum S. Viſitationis Apoſtolicæ, factæ ſedente Vrbano VIII. anno redempti Orbis MDCXXVII. *Acta Viſit. Apoſt. an. 1627.*

Ad præſentis demum Diſſertationis coronidem ſilentio præterire noluimus, antiquum morem fuiſſe Eccleſiæ Bituricenſis in Gallia Aquitaniæ principis, vt illius Archiepiſcopus cùm primùm poſſeſſionem inibat, ſolemni totius populi concurſu per frequentiores Vrbis plateas ſuper Cathedram quamdam ligneam Ciuium humeris ſublimis portaretur: eâque ratione Archiepiſcopus Primàs augurabatur: quæ lignea Cathedra à tempore S. Vrſini (vt viri eruditi opinantur) primi Bituricenſium *Scalig. in notit. Gall. Io. Chenù in hiſt. Antiſt. Bituricen. Otho Friſing. Chron. lib. 6. cap. 3. Miræus in notit. Epiſcop. lib 5. in Indice. Labbe in nou. Biblioth. mſſ. lib. rer. Aquitanic. & Bituric. tom. 2. c. 67. pag. 96.*

Præ-

Præſulis, in Baſilicâ S. Stephani religioſè aſſeruabatur. Floruit S. Vrſinus imperante Decio circa ſalutis annum CCLII. Extat illius ritus memoria in Pandectis Epiſcopij quem poſtea ritum, vt videre eſt apud Philippum Labbe, approbauit Vrbanus III. qui ſedit ab anno MCLXXXV. ad annũ MCLXXXVII. Quis igitur adhuc hæſitabit, Principis Apoſtolorum Cathedram aſſeruatam, & in veneratione à fidelibus perpetuò habitam fuiſſe, eamque Romanos Pontifices in eorum ordinationibus olim inſediſſe? cùm id de Cathedris primorum etiam Epiſcoporum peractum eſſe liquidò conſtet, nedum Apoſtolorum, vt ſuperiùs retulimus de Cathedris Sanctorum Iacobi, & Marci, & nunc adijcimus Sanctorum Ioannis Euangeliſtæ, & Andreæ; quarum ſiquidem Cathedrarum memoria

Euſeb. Cæſar. in Chron. ad ann. 252.

Labbe vbi ſupra.

Panuin. in vita Vrban. III.

Ephe-

Epheſi in Aſiâ Ioannis die xxvij. Decembris: Andreæ autem v. Februarij apud Patras Vrbem Achaię olim agebatur, vt tradit Sauſſayus ſacræ antiquitatis diligentiſſimus indagator. Etſi Bellarminus aſſerat, ſolam Petri Cathedram in Eccleſiâ hactenus celebrari conſueuiſſe; credo tamen, virum ſapientiſſimum id affirmaſſe de Eccleſiâ Occidentis: nam in Eccleſijs Oriētis, ex antiquâ traditione, prædictorum Apoſtolorum Cathedras ſolemni Feſto celebrari mos fuit.

Sauſſayus in ſupplem. Martyrolog. ad illam diem, & in lib. De glor. B. Andr. Apoſt. par. alt. lib. 1. cap. 2.

Bellarm. de Pontif. Rom. lib. 1. cap. 24

Sauſſ. ibid.

Quæ à nobis hucuſque tradita ſunt, his politiſſimis carminibus claudant, & abſoluant Andreas Marianus, & Matthæus Caryophilus Poetæ.

And. Marian lib. 2. epigr. 3.

Non de marmoreo, aſt æterno è
fragmine texta
Durat in extremum firma Cathe-
dra diem.

Hac

Hac Petrus impleuit numeroſa prole ſupernas,
Hac Sedes blandè parturientis erat.
Nauis erit, ſi ſueta velis ſuperaddere vela,
Nam fame conſumptis attulit apta cibos.
Forſan & hæc eadem lignea, hæc ſeruata videbit
Mundus in auguſtum Iudicis ire thronum.

Matth. Caryoph. in Cathedr. Petri

Cariophylus autem.

Edomitis Populis, & ſe ſibi Roma ſubegit,
Experta Imperij ſceptra ſuperba ſui.
Ergo venis, Sedemque locas hìc Petre Sacerdos,
Vtque Vrbs obtineat iam tria iura, facis.
Ius habet antiquum ſine Cæſare, ius in Olympum,

Ius

Ius habet in Terras ſtemmate tergemino.

Idem Cariophylus.

Imperio ſtans Roma ſuo nunquam otia ſenſit,
Bella laceſſitos dum mouet in populos.
Motibus apta quies tandem vt ſuccederet, illic
Sedem Petre locas, & Fidei Cathedram.
Non inuicta fuit bellando, at Romà quieſcens
Inuicta eſt, bellis vndique cum premitur.

Et idem Cariophylus.

Ad ſeptem Colles vnũ Petrus addidit Vrbi,
Dat Cathedram, qua ſe tollit & aſtra ſuper.

Hactenus petitis à traditione, miraculis,& authoritate argumentis, oſtendimus, Petri Principis

Apoſtolorum Cathedram eam ipſam eſſe, quæ Romæ in ſacroſanctâ Baſilicâ Vaticanâ aſſeruatur. Nunc agendum de ſummâ pietate, ac religione, quâ ab omnibus Chriſti fidelibus adoratur, & de Feſtiuitate, quæ ſub nomine Cathedræ tam Romanæ, quàm Antiochenæ, in honorem ipſius Petri, eique collatæ à Chriſto Domino ſuper vniuerſam Eccleſiam poteſtatis, celebratur.

DE

DE ANTIQVITATE
ET PRAESTANTIA
SOLEMNITATIS
CATHEDRAE
ROMANAE.

PAVLVS QVARTVS PONTIFEX MAXIMVS inſtaurauit magis, quàm inſtituit Feſtum Cathedræ, quâ S. Petrus Romæ primùm ſedit, eáque vniuerſis Chriſti fidelibus colendam, & celebrandam propoſuit die xviij. Ianuarij anno Salutis humanæ M. D. LVIII. Liquet ex ipſo Conſtitutionis exordio, in quo ſic loquitur Pontifex: [Feſtiuitatem *Paulus IV. Conſt. 13. Ineffabilis 8. Id. Ian. 1558.*

tamen

tamen ipſius Cathedræ, quæ iuxta antiquiſſimorum SS. Patrum noſtrorum teſtimoniũ xv. Kal. Februarij fuit, & in diuerſis Orbis Chriſtiani, & præſertim Galliæ, & Hiſpanię partibus dictâ die ſolemnitèr celebratur.] & paulò inferiùs. [Feſtiuitatem Cathedræ, quâ ipſe Petrus Apoſtolus Romæ primùm ſedit, noſtris temporibus celebrandam, ſeu potius antiquæ celebritati reſtituendam.]

Euſeb Cæſarien. Chron. Ann. 44.

Paul. Oroſ. lib. 7. cap. 4. Baron. tom. I. ad an. 45. n I. Bin. Cõc. tom. I in not. ad Pontifical. Damaſi.

Porrò illâ eâdem die xv. kal. Februarij author eſt Euſebius, Petrũ Apoſtolorum Principem Eccleſiam Romanam fundaſſe, & in eâ Cathedram erexiſſe. Id ipſum comprobat Paulus Oroſius S. Auguſtini diſcipulus, & confirmant complures alij Authores, quibus acceſſere Baronius, & Binius.

Diuum Auguſtinum (vel quiſquis illius ſermonis ſit Author) de vtriuſ-

vtriuſque Cathedrę Feſtiuitate agere ſerm. xv. de Sanctis, his verbis affirmat Ioannes Bollandus [De alterutrâ Cathedrâ agit Sanctus Augustinus ſerm. xv. de Sanctis. Inſtitutio ſolẽnitatis hodiernæ à ſenioribus noſtris nomen accepit, ideo quòd primus Apoſtolorum Petrus hodie Epiſcopatus Cathedram ſuſcepiſſe referatur. Rectè ergo Eccleſiæ natalem Sedis illius colũt, quam Apoſtolus pro Eccleſiarum ſalute ſuſcepit.]

Ioan. Bolland. Act. Sanct. die 18. Januar. de Cathedr. S. Petri n. 5.

At verò contra opinionem Bollandi Ioannes Fronto Canonicus Regularis ita inſurgit. [Porrò nulla hìc mentio Cathedræ Sancti Petri Romæ, ſed nec eſt inter dies feſtos, qui in Sermonibus B. Auguſtini de Sanctis recenſentur, quæ recenſio multò poſterior eſt Auguſtino; non eſt in Sacramentali Sancti Gregorij edito ab Hugone Me-

Ioan. Front. in kal. Rom. antiq. fol. 15.

 nar-

nardo Benedictino, non eſt in Pameliano; nec in Kalendario MS. S. Genoueſæ Pariſienſis; nec in Ephemeride Bedæ; nec in Vvandalberti verſibus apud Bedam tomo primo; nec in Euangeliſtario MS. S. Ioannis de Iardo prope Melodunum. Eſt autem in Vſuardo, in Adone, in Martyrologio, quod dicitur Romanum vetus, & in illo, quod dicitur Bedæ.]

Bollandi tamen ſententiam improbare non audeo; ex ijs enim Auguſtini verbis [Rectè ergo Eccleſiæ natalem Sedis illius colunt, quam Apoſtolus pro Eccleſiarum ſalute ſucepit.] non ineptè infertur, illum, vel de Romanâ Cathedrâ, prout ſimiliter de Antiochenâ, loquutum eſſe; vel vtrique ſermonem poſſe accommodari: primum tamen magis probo; ſiquidem Petrus Antiochiæ ſeptennium tantùm

Digitized by Google

tùm ſedit, at Romæ Chriſti imperio Sedem Pontificiam perpetuò addixit, vt inde ceu à capite, in omnes Orbis partes morum doctrina, & fidei oracula emanarent; proindeq; Auguſtini verba meliùs quadrant in Romanam Cathedram, quàm in Antiochenam. De his tamen infra dicemus vberiùs.

Subdit Bollandus [Eſt autem Romana Cathedra omnibus inſcripta Martyrologijs, Romano, Bedæ vulgato, Vſuardi, Adonis, Rabani, Notkeri, Bellini, & vetuſtiſſimo S. Hieronymi. Quibus adijcit Cardinalis Sirletus Othonem Epiſcopum Treuirenſem, qui Sanctos illos Martyrologio addidit, qui poſt Vſuardum Authorem admodum eruditum floruerunt; ac præterea Caſſiodorum, & S. Gregorium Magnum. Hiſque addo ego Trithemium, & Florum, qui omnes

Martyrologia. Romanum, Bedæ. Vſuardi, Adonis, Rabbani, Notkeri, Bellini, S. Hieronymi, Othonis, Caſſiodori, S. Gregor. M. Trithemij, Flori. Card. Sirlet. in epiſt. mſſ. ad Card. Simonettam aſſeru. Biblioth. Vatic.

nes communi conſenſu tradunt, eâ quâ vixerunt ætate, fuiſſe in vſu Celebritatem Cathedræ, quâ Petrus Romæ primùm ſedit xv. Kal. Februarij.

CDXX. Porrò Hieronymus obijt anno CDXX.

DXXX. Magnus Aurelius Caſſiodorus viuebat anno DXXX. regnante in Italia Theodorico, cui fuit ab epiſtolis.

DCIV. S. Gregorius Magnus ex hac vitâ migrauit anno DCIV.

DCCXXX. Beda vixit ſeptimo ſæculo.

DCCCXII. Vſuardus vixit Leone III. Pontifice anno DCCCXII.

DCCCXXXV Rabanus ſcripſit eodem ſęculo; deceſſit enim anno DCCCXXXV.

Bellarm. de Script. Eccleſ. Hos autem ijs annis vixiſſe, quos retulimus, ex Bellarmino, & alijs colligitur.

CCMLXXVII *Voſſ. de hiſtoric. lat. f. 322.* Florus floruit imperante Carolo Caluo anno DCCCLXXVII.

Ado

Ado conijcitur in an. DCCCLXXIX. ſcripſit enim Chronicon ab Orbe condito ad annum DCCCLXXIX. vt tradit Bellarminus. CCMLXXIX. *Bellarm. ibid.*

Otho Epiſcopus Treuirenſis vixit nono ſæculo. CM. *Bellarm. ibid.*

Trithemius in viuis erat an. MD. MD. *Bellarm. & Poſſeuin. de Script. Eccleſ.*

Bellinus tandem vixit anno MDXXX. MDXXX. *Thom. de Herrera in Alph. Auguſtian. de vir. & mulier. inſign. d. Ord.*

Præterea Cardinalis Sirletus affirmat, Collectam, quæ olim recitabatur in Cathedrâ Romanâ, nempe, Deus, qui ineffabili (quam inferiùs conceptis verbis adducemus) compoſitam fuiſſe à Gelaſio Primo, cùm illa in libro de Collectis ab eo editis contineatur; Gelaſius autem ſedit ab anno CDXCII. ad annum CDXCVI. & Collectam Cathedræ Antiochenæ, nempe, Deus, qui B. Petro Apoſtolo tuo collatis &c. conſcriptam tradit à Leone Quarto, qui ſedit ab an. DCCCXLVII. *Gelaſ. Pap. I. in lib. de Collectis mſſ. aſſeru. in Bibliothec. Vatic. Bellarm. de Script. Eccleſ.*

Panuin. & Ciacon. in vit. eiuſd.

ſecundùm Panuinium; teſte Ciaconio ab anno DCCCXLV. ad annum DCCCLV. atque adeo hanc illâ poſteriorem fuiſſe anniscircitèr CCCL. Verùm quia eadem Collecta, quam Sirletus Leoni Quarto attribuit, legitur in Sacramentali S. Gregorij, non ideo demenda eſt fides authoritati Sirleti, cùm diuerſas ab alijs Authoribus editas Collectas in ipſo Sacramentali contineri aliqui exiſtiment. Adhuc tamen hæc integro ferè ſæculo illâ poſterior eſſet.

Hug. Menard. in lib. Sacramental. S. Gregor.

Extant in Bibliothecâ Vaticanâ Breuiaria, Orationalia, Martyrologia complura, quæ ipsâ antiquitate ſibi conciliant authoritatem, & fidem.

DCCC. *Breuiar. mſſ. aſſeru. in Biblioth. Vatic. Card. Sirlet. epiſt. præcit.*

Inter alia quoddam inuenitur Breuiariũ, quod Sirletus ſcriptum eſſe exiſtimat anno circitèr DCCC. in quo ad diem xviij. Ianuarij iſta legun-

leguntur: [Cathedra S. Petri apud Romam. *Cap.* Ecce Sacerdos Magnus. ℞. Statuit Dominus. *Hymn.*
Iam bone Paſtor Petre clemens accipe
Vota precantum, & peccati vincula
Reſolue ......

℣. In omnem Terram exiuit. Quodcumque ligaueris. *Collecta.* Omnipotens ſempiterne Deus, qui ineffabili Sacramento Apoſtolo tuo Petro &c] Mox ſequitur Officium, cum Antiph. Lect. & ℞. Die verò xxij. Februar. dicitur. [In Cathedrâ S. Petri apud Antiochiam. Hiſtoria (ita veteres vocabant lectiones Breuiarij) vt in aliâ Cathedrâ, exceptâ oratione, quæ dicitur; Deus, qui B. Petro Apoſtolo tuo collatis &c.]

Martyrologium charactere Gothico inuenitur, ab Vſuardo ſcriptum, MCCC. *Martyrol. mſſ. aſſeru. in Bibl. Vatic.*

tum, imperante Carolo Magno, vti ſuſpicatur idem Sirletus anno DCCC.

M.
Martyrol. mſſ. aſſeru. in Bibl. Vatic.

Aliud ibi reperitur, vt exiſtimat Leo Allatius, ante ſexcentos ferè annos compoſitum.

MCC.
Aliud Martyrol. mſſ. aſſeru. ibidem.

Aliud Martyrologium, in quo paritèr deſunt nomina Sanctorum Franciſci, & Dominici, ideoque ante quatuor ſęcula ſcriptum, in quibus die xviij. Ianuarij fit cõmemoratio Cathedræ his verbis [XV. Kal. Februarij Cathedra Sancti Petri Apoſtoli, quâ Romæ primùm ſedit.]

Card. Sirlet. Epiſt. præcit.

Reddit autem rationem Sirletus, cur in prædictis Martyrologijs dicatur; *qua Romæ primùm ſedit*, ſic italo idiomate inquiens. [Perche S. Pietro non ſtette quelli venticinque anni ſempre fermo in Roma, ma come dice S. Epifanio, & altri buoni Autori, mò andaua

daua in vna parte del Mondo, mò in vn'altra, ſecondo che il biſogno delle Chieſe richiedeua, e per queſto dicono, *primùm ſedit,* per notare il dì certo, che fù XV. kal. Febr.]

MLX. *Bellarm. ibid. Petr. Damian. epiſt. lib. 1. epiſt. 20. ad Cadal. Antip.*

Petrus Damiani de Petri Cathedrâ Romanâ inquit. [Poſtremò Romanæ Vrbi per quinque annorum luſtra præſedit, quam etiam cum Coapoſtolo ſuo Paulo pretioſo triumphalis victoriæ ſanguine purpurauit:] Et paulò inferiùs [Hinc quòd cum reliquis Sanctis hoc nõ impendimus, ſolius B. Petri feſtiuè Cathedrã celebramus]

MLXXX. *Micrologus. Ecclef. obſeru. cap. 8. Bellarm. de Script. Eccleſ.*

Micrologus, qui paritèr floruit anno MLXXX. hæc in Solemnitate Cathedræ ſeruanda docet. [Item Cathedram S. Petri etiam infrà Septuageſimam, & Annunciationem Sanctæ Mariæ infra Quadrageſimam, ſolemniſſimè cum Dalmaticis, & Gloria in excelſis, Ro-

mano

mano more celebramus .] Sanè Micrologus ſupponit hoc loco, Feſtum Cathedræ Romanæ ab Eccleſiâ celebrari, & pari ferè ſolemnitate Cathedram Antiochenam celebrandam eſſe inſinuat; ſiquidem vt dictio illa *etiam* aliquid in ſermone operetur, opus eſt, vt ampliatiuè, ſeu extenſiuè ſumatur, importetque, quòd orationis ſenſus non ſolùm intelligatur de Cathedrâ, quæ occurrit poſt Septuageſimam, ſed etiam de eâ, quæ præcedat Septuageſimam, prout aptè diſponitur de Feſto Annunciationis, quod contingere poteſt nedum in Quadrageſimâ, ſed etiam extra Quadrageſimã, nempe poſt Paſcha; & proinde non otioſè Author inſinuat, quid ſeruandum ſit, ſi infra Quadrageſimam Feſtum Annunciationis, & poſt Septuageſimam Feſtum Cathedræ Antioche-

Digitized by Google

chenæ inciderint;nam Feſtum Cathedræ Antiochenæ nunquam poteſt cadere ante Septuageſimam: ideoq; ſuppoſitâ Solemnitate Cathedræ Romanæ,quæ plerumque cadit ante Septuageſimam, & in quâ Dalmaticæ, & Cantus, Hymni, *Gloria in excelſis Deo*, ratione temporis adhiberi debent, non otiosè, inquam, etiam in Antiochenâ, quæ ſemper incidit poſt Septuageſimam, eamet adhibenda eſſe,Author ipſe præſcribit.

Ioannes Belethus, qui floruit anno circitèr MCLX. agens de Feſtis, quæ occurrunt in principio Septuageſimæ,ita inquit[Hoc item tempore celebrari ſolet Cathedra S. Petri, tam quæ Romæ fuit, quæque tempore poſterior eſt, quàm illa, quæ fuit Antiochiæ. Verùm illa, quæ fuit Antiochiæ,ſolemnior profectò eſt aliâ, vt vel huius

MCLX.
Ioan. Beleth. Diu. offic. expl. cap. 93. Cornel. Laurimann. Præfat. ad Lectorem in tract. Ioan. Belethi.

Digitized by Google

huius diei Collecta, quæ eſt de Incathedratione Antiochiæ factâ abundè teſtatur, diciturque Feſtum B. Petri epularum; fuit enim conſuetudo veterum ethnicorum, vt ſingulis annis menſe Februarij certo quopiam die epulas ad parentum ſuorum tumulos apponerent, quas nocte dæmones conſumebant; quùm inde non minus falsò, quàm ridiculè animæ refici credebantur: putabant enim huiuſmodi epulas ab animabus circa tumulos errantibus abſumi. Hæc autem conſuetudo, atque huiuſmodi falſæ opinionis error à Chriſtianis vix extirpari potuit: quod quidem quùm viri Sancti animaduertiſſent, ac penitus illam conſuetudinem extinguere voluiſſent, inſtituerunt Feſtum de Cathedrâ S. Petri, tam de illâ, quæ fuit Romæ, quàm quæ Antiochiæ, idque illo eodem

die,

die, quo abominanda illa ab ethnicis fiebant, vt ſolemni hoc Feſto prauæ iſtius conſuetudinis Feſtum omninò extingueretur. Vnde etiã ab illis epulis Feſtum hoc appellatum eſt B. Petri epularum.]

Porrò de huiuſmodi abuſu ab Eccleſiâ Dei eradicãdo hoc Decretum edidit ſecunda Synodus Turonenſis [Sunt etiam, qui in Feſtiuitate Cathedræ D. Petri Apoſtoli cibos mortuis offerunt, & poſt Miſſas redeuntes ad domos proprias, ad gentilium reuertuntur errores, & poſt Corpus Domini ſacratas dæmoni eſcas accipiunt. Cõteſtamur illam ſolicitudinem tam Paſtores, quàm Præsbyteros gerere, vt quemcunque in hac fatuitate perſiſtere viderint, vel neſcio ad quas petras, aut arbores, aut ad fontes deſignata loca gentilium perpetrare, quæ ad Eccleſiæ ratio-

Synodus Turon. ſecund. Can. 23. habita anno 570.

nem

Digitized by Google

nem non pertinent, eos ab Eccleſiâ ſanctâ authoritate repellant, nec participare Sancto Altario permittant, qui gentilium obſeruationes cuſtodiunt.] Idipſum improbant S. Auguſtinus, Tertullianus, Epiphanius, & alij.

S. Auguſtin. Serm. 1. & 15. de Sanc. lib. de morib. Eccleſ. aduerſ. Manic. c. 23. ſerm. 120. de diuerſ. & epiſt. 64. ad Aurel. Tertul de reſur. carn. lib. de Teſtam. anim. cap. 4. S. Epiph. in Ancor.

Quàmuis autem Belethus de vtrâque Cathedrâ mentionem faciat, vnicam tamen Celebritatem vtrique tribuiſſe non eſt ambigendum; aſſignat enim huiuſmodi Feſtû ipſimet diei, in quo abuſus inoleuerat deferendi epulas ad tumulos defunctorum; eam verò prauam conſuetudinem inductam, & continuatam aſſerit, certo quodam die menſe Februario: quamobrem rectè deducitur, eum non loqui de Cathedrâ Romanâ menſe Ianuario.

Petr. de Natal. de Sanc. c. 95.

De quo ſanè nullum relinquit dubitandi locum Petrus de Natalibus

libus ſic ſcribens: [Ideo communitèr ab Eccleſia minimè celebratur Cathedra S. Petri, quâ in Vrbe Româ ſedit, quia huius memoria ſub Feſto alterius Cathedræ, quâ Petrus Antiochiæ ſedit, recolitur]

Præterea Guillelmus Durandus hoc eodem ſenſu, ipſam referens authoritatem Belethi, ſic de prauâ illâ ethnicorum conſuetudine ſcribit [Quod Sancti Patres extirpare volentes, Feſtum de Incathedratione S. Petri, tam de illâ, quæ Romæ, quàm etiam de illâ, quæ Antiochiæ fuit facta, ſtatuerunt fieri illo die, quo talia à gentibus fiebant: hac tamen die non dicitur in quibuſdam Eccleſijs niſi vna Collecta, & de illâ Incathedratione, quæ fuit Antiochiæ facta.] MCCLXXX. *Bellarm. de Script. Eccleſ. Guil. Durand. rational. Diu off. lib. 7. cap. 8. n. 4.*

Hæc Durandus; vnde elicitur, quòd in alijs quibusdam Eccleſijs duæ Collectæ, nempe de Romanâ

vna.

vna, & altera de Cathedrâ Antiochenâ à Gelaſio, & Leone, ſeu veriùs à Gregorio ęditæ recitabantur; exceptio enim firmat regulam in contrarium.

Orationale antiquum, in quo deſunt nomina Sanctorum Franciſci, & Dominici (quare illis antiquius videtur) hæc recitanda præſcribit in Cathedrâ Romanâ xv. Kal. Februarij. [*Collecta*. Omnipotens ſempiterne Deus, qui ineffabili Sacramẽto Apoſtoli tui Principatum in Romani nominis arce poſuiſti, preſta, vt quod in Orbe terrarum eius pręedicatione inchoauit, Chriſtianæ deuotionis ſequatur vniuerſitas. Per Dominum noſtrum &c. *Super oblata*. Hoſtias Populi tui Domine propitius intuere, & quod noſtra fiducia non meretur, per eum, quem nobis conſtituiſti Præſulem inceſſabilitèr

Orational. mſſ. aſſeru. in Bibl. Vatic.

lar-

largiaris. Per Chriſtum &c. *Præfatio.* Verè dignum &c. & te laudare mirabilem Deum in Sanctis tuis, in quibus glorificatus es vehementer; per quos Vnigeniti tui Sacrum Corpus exornas, & in quibus Eccleſiæ tuæ fundamenta conſtituiſti, quam in Patriarchis fundaſti, in Prophetis præparaſti, in Apoſtolis condidiſti, ex quibus B. Petrum Apoſtolorum Principem ob confeſſionem Vnigeniti filij tui per os eiuſdem confirmatum in fundamento Domus tuæ mutato nomine Cæleſtium Clauſtrorum Præſulem, cuſtodemque feciſti, Diuino ei iure conceſſo, vt quæ ſtatuiſſet in Terris, ſeruarentur in Cœlis, in cuius venerationem hodierna die Maieſtati tuæ hæc feſta perſoluimus, & gratiarum, ac laudis hoſtiam immolamus. Per Chriſtum Dominum noſtrum &. *Ad*

Commun. Repleti Domine benedictione cæleſti ſupplices imploramus, vt quod fragili celebramus officio, B. Apoſtoli tui Petri prodeſſe nobis ſentiamus auxiliũ. Per Dominum &c.]

Long. à Coriolan. breu. Chronolog. n. 45.

Baronius in not. ad Martyrol. die 18. Ian.

Diuerſam tamen ex Breuiario veteri deſumptam Collectam exarauit Longus in ſuo Breuiario, quę que ea ipſa eſt, quam Baronius retulit in Martyrologio, videlicet. [Omnipotens ſempiterne Deus, qui ineffabili Sacramento Apoſtolo tuo Petro Principatum Romanæ Vrbis tribuiſti, vnde ſe Euangelica veritas per tota Mundi Regna diffunderet, præſta quęſumus, vt quod in orbem Terrarum eius prædicatione manauit, vniuerſitas Chriſtiana deuotione ſequatur. Per Dominum noſtrum &c.]

Ex Præfatione autem ſuperiùs allatâ, vt optimè aduertit Baronius,

hac

hac die non illa tantùm Solemnitas agi videtur, quâ Petrus Romæ ſedere cæpit, ſed etiam ſacroſancta illa recolitur inſtitutio, quâ à Domino Petrus Petra fundamentalis Eccleſiæ conſtitutus, perpetuæ ſtabilitatis promiſſionem, & Claues Regni Cæleſtis accepit; quod in omnibus præſefert ſacrum Officium Eccleſiaſticum, ac præſertim in antiquâ Præfatione prædictâ, quę ſcripta reperitur in Sacramentali S. Gregorij, quod vetuſtiſſimum habetur in Vaticano.

Baron. in not. ad martyrolog die 18. Ian.

Sacrament. S. Gregor. aſſeruat. in Bibliot. Vaticana.

Belethi veſtigijs inſiſtit Frater Iacobus de Voragine hæc referens. [Quod ſanè Sancti Patres attendentes (loquitur de abuſu epularũ) & hoc penitus extirpare volentes, Feſtum de Incathedratione B. Petri, tum de illâ, quę fuit Romæ, tum de illâ, quæ fuit Antiochię, ſtatuerunt, illo ſcilicet eodẽ die, quo ta-

MCCXC.

Iacobus de Vorag. ad diẽ 22. Febr.

Fr. Anton. Senenſ. in Chron. Fr. Ord. Præd. fol. 123.

talia fiebant]Iacobus floruit MCCXC.

Cæterùm occaſione ſententiæ ab his Authoribus traditæ, quę ſcilicet adſtruit, vtriuſque Cathedræ Feſtum vno, & eodem die celebrari conſueuiſſe, illud hìc addendum cenſuimus, quod illam prorſus confirmat, & in Breuiarijs Lugduni impreſſis legitur in hunc modũ.

Breuiar. Lugdun. impreſſ. ann. 1543. Breuiar. impreſſ. Lugdun. an. 1556

[Die XXII. Februarij, Cathedra S. Petri Apoſtoli, duplex maius. Lectio tertia propria.

Cathedra Summi Pontificatus, cuius hodie Feſtum celebramus, promiſſa eſt Petro, cùm Chriſtus ei dixit, vt habetur Matth. XVI. cap. Ego dico tibi, quia tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ Inferi non præualebunt aduerſus eam, & tibi dabo claues Regni Cælorum, & quodcumque ligaueris ſuper terram, erit ligatũ & in Cælis, & quod-

cum-

cumque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in Cælis. His igitur verbis Chriſtus Cathedram Summi Sacerdotij Petro pollicitus, antequam pateretur, eandem tradidit poſt reſurrectionem, cum ter ipſi ſuum gregem paſcendum commendaret; de quo ſic ſcripſit Ioannes. Dixit Simoni Petro Iesvs, Simon Iona diligis me plus his? dixit ei, etiam Domine tu ſcis, quia amo te. Dixit ei, paſce Agnos meos: dicit ei iterum, Simon Iona diligis me? ait illi, etiam Domine, tu ſcis quia amo te: dicit ei, Paſce Agnos meos. Dicit ei tertiò, Simon Iona amas me? contriſtatus eſt Petrus, quia dixit ei tertiò, amas me; & dixit ei, paſce oues meas. Petrus igitur poſt Aſcenſionem Chriſti ad Patrem, cùm Galatiam, Bithyniã, & Cappadociam peragraſſet, fidem Chriſti prædicando, & ſermonem

miraculis confirmando, Antiochiam reuerſus eſt, ibique Cathedram, hoc eſt Sedem Apoſtolicam fixit, tenuitque ſeptem annos, donec iuſſu Dei (vt verbis vtar Marcelli Papæ, & Martyris) eam tranſtulit Romam, immobilemque locauit, vt ad commoditatem Chriſtianorum, & Religionis augumẽtum Sedes ſummi Sacerdotij, & Eccleſiæ Caput eſſet in eâ potiſſimùm Vrbe, quæ Principatum Orbis obtinebat.]

Hanc tamen conſuetudinem in Gallicanâ Eccleſiâ tunc viguiſſe arbitror; quare non miror, Breuiarium prædictum Lugduni impreſſum iuxta tradita per Ioannem Belethum Præsbyterum Pariſienſem diſpoſitum reperiri. At in Italiâ adhuc de Cathedrâ Romanâ ad annum vſque MCCCLXXXIX. die XVIII. Ianuar. commemorationem

fieri

fieri conſueuiſſe ex Martyrologijs citandis clariſſimè patet, in quibus omnibus prædictâ die XVIII. Ianuarij hæc habentur. XV. Kal. Februarij Cathedra S. Petri Apoſtoli, quâ primùm Romæ ſedit: nempe

In Martyrologio MS. in quo fit mentio de S. Franciſco, & non de S. Dominico, quod propterea videtur eſſe ſcriptum ante annum MCCXXXV. quo Sanctus Dominicus Sanctorum faſtis adſcriptus fuit à Gregorio IX. Sanctus verò Franciſcus ſeptem ante annis ab eodem Papa in Sanctorum numerum relatus fuerat, nempe an. MCCXXVIII.

Martyrol. mſſ. aſſeru. in Arch. Cap. S. Petri.

Greg. IX. Cōſt. 8. incip. Fons ſapientiæ, anno octauo.

Idem Conſt. 2. incip. Mira, anno 2.

In Martyrologio paritèr MS. in quo habetur commemoratio S. Thomæ de Aquino, ac proinde ſcripto poſt annum MCCCXXIII. quo Ioannes XXII. illum retulit in Sanctorum numerum.

Martyrol. mſſ. aſſeru. in Arch. Cap. S. Petri.

Io. XXII. Cōſt. xi. incip. Redemptionem, an. ſeptimo.

In Martyrologio etiam MS. in quo

Martyrol. mſſ. aſſeruat. ibid.

deeſt commemoratio Viſitationis B. Mariæ, ideoque ſcripto ante an-nũ MCCCLXXXIX. quo Bonifacius IX. id confirmauit, & publicauit Feſtum, ab Vrbano VI. antea inſtitutum.

Baron. in not. ad Mart. die 2. Iulij.

Cæterùm etſi me lateat, quo anno prætermiſſum fuerit de hac Solemnitate propriâ die agi; tamen ex infradicendis haud dubiè conſtabit (quantum præhabitâ ad id diligentiâ ſatis exactâ aſſequi potui) ab anno circitèr MCCCXXIX. ad an. MDLV. in Martyrologijs omiſſam reperiri eandem Solemnitatem die XVIII. Ianuarij, & neque in Capellâ Pontificiâ, neque in Vaticanâ Baſilicâ de eâ commemorationem peractam fuiſſe.

Hæc ſiquidem leguntur in margine Cæremonialis Gregorij X. vſque ad Vrbanum VI. incluſiuè [In Cathedrâ S. Petri nec Miſſa,

Diar. Cærem. Greg. X. aſſeruat. in Bibl. Vatic. fol. 58.

nec

nec Sermo conſueuerunt mandari, quia non ſunt ſecundùm modernos, licèt antiquitùs conſueuerint eſſe, & Dominus Vrbanus Papa VI. in primo anno, & in ſecundo anno mandauit fieri: in primo fecit ſermonem Cardinal. Gradenſis, in ſecundo fecit Cardinalis Bonauentura de Paduâ Auguſtinianenſis in Eccleſiâ S. Petri de Vrbe, Vrbano Miſſam celebrante]

Hic tamen Author agit de Solemnitate Capellæ Pontificiæ, cùm aſſerit, non conſueuiſſe tunc die XVIII. Ianuarij celebrari Feſtum Cathedræ Romanæ, non de praxi Eccleſiarum Vrbis: liquet enim ex ſupraſcriptis Martyrologijs eiuſmodi commemorationem in ijs omiſſam non fuiſſe ad annum vſque MCCCLXXXIX.

Hìc de Cardinalibus Gradenſi, & Bonauentura de Paduâ, quos

Author Cæremonialis prædicti aſſerit Sermonem habuiſſe inCathedrâ S. Petri, minimè reticendum duxi, quòd Cardinalis Gradenſis nomine frater Thomas de Firignano, Minorita, antea Patriarcha Gradenſis, renunciatus eſt Cardinalis primo anno Pōtificatus Vrbani VI. XIV. Kal. Octobris: potuit igitur in ſolemnitate Cathedræ Romanæ, quæ incidit in primum Pontificatus annum, ſermonem habere, nempe MCCCLXXVIII. ſecus verò de Cardinali Bonauentura dicendum eſt; is enim nomine Bonauentura Baduarius de Peraga, Patauinus, Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, creatus eſt Card. an. MCCCLXXXIV. nempe VII. Pontificatus Vrbani; quare non potuit Cardinalis ſermocinari ſecundo anno eiuſdem Pontificis: itaque vel pro alio Cardinali hic poſitus fuit, vel adhuc

Panuin. et Ciacon. in vit. Vrbani VI. ann. 1377. 1384.

non

non Cardinalis, ſed Generalis Magiſter ſui Ordinis Sermonem habuit. Verùm de his ſatis.

Sanè dubitari non poteſt, quin Author Diarij de Cathedrâ Romanâ ſermonem habuerit, cùm celebritas Cathedræ Antiochenæ nunquam in Eccleſia intermiſſa fuerit, ſed interdum cum Romanâ ſimul celebrata: aſſerit enim Albertus Pighius vniuerſam Chriſti Eccleſiam ante annos MCCC. & eò ampliùs ad præſentem vſque diem Solemnitatem Cathedrę eius (nempe Petri) Antiochiæ collocatæ anniuerſariam celebrare.

Albert. Pigh. lib. 3. cap. 13. circa fin.

Patet præterea de hac veritate nullatenus ambigendum, ex his, quæ affert Romanus Canonicus S. Petri, vbi agit de ornando lectorio B. Petri [In memoriam (inquit) poſterorum ſcribimus Nos Canonici Baſilicæ S. Petri, in quibus nocti-

Roman. Canon. S. Petri deſcript. Baſ. Vatic. cap. 50. ſub Cæleſtino III. an. 1191.

bus

bus lectorium eiuſdem Baſilicæ de conſuetudine ornatur mappulâ, & faculis duarum librarũ à Confeſſione traditis: videlicet, Dominicâ de Gaudete, Natale Domini, Epiphaniâ, Septuageſimâ, Quinquageſimâ, Cathedrâ S. Petri &c.]

En igitur, quòd in ipsâ Baſilicâ Vaticanâ tunc agebatur tantummodò de Cathedrâ menſe Februario: quod rurſus comprobatur ex his, quæ annotauit an. MCDL. Petrus Burgenſis Magiſter Cæremoniarum Nicolai V. qui tradit, tunc temporis in Cathedrâ S. Petri conſueuiſſe à Conſiſtorij celebratione abſtineri, & in Capellâ tunc in more extitiſſe, recitari Orationes coram Papâ, & Cardinalibus: de Miſsâ verò in Capellâ, vel in Baſilicâ S. Petri non meminit, quàm ſanè, ſi fieret, non omiſiſſet. Vlteriùs autem euincitur, quòd in Miſſalibus

Petr. Burgen. Carem. Magiſt. an. 1450.

aſſer-

aſſeruatis in Archiuio S. Petri de Cathedrâ Antiochenâ die XXII. Februarij nunquam omiſſa cernitur commemoratio: de Cathedrâ verò Romanâ die XVIII. Ianuarij nec verbum legitur, vt videre eſt in

Miſſali Bonifacij IX. qui obijt anno MCCCXCIV.

Miſſali Nicolai V. qui obijt anno MCDLV.

Ac in tribus alijs Miſſalibus eodem ſæculo ſcriptis.

Miſſal. mſſ. aſſeru. in Arch S. Petr. n. 9. Miſſ. mſſ. aſſeru. ibid. n. 21 Tria Miſſalia mſſ. ſig. n. 13. 16. 22.

His certè conueniunt verba S. Antonini Archiepiſcopi Florentini, qui obijt anno MCDLIX. [Et in huius veneratione (Antoninus inquit) S. Petri Eccleſia Antiochena poſt Romanã exaltata eſt, vt ſit tertia Patriarchalis: Diſtinct. XXII. *Renouantes*, & hoc, quòd Petrus primò ibi Cathedram tenuit, & propterea hoc etiã Feſtũ Cathedræ B. Petri in Februario celebratur.]

S. Antonin. hiſtor. par. 1. tit. 6. c. 4. §. 1. Bellarm. de Script. Eccleſ.

Pari-

Paritèrq; in Breuiarijs impreſſis, aſſeruatis in Archiuio S. Petri, ponitur Feſtum Cathedræ menſe Februario, ſine vllâ adiectione An. tiochenæ, vel Romanæ, videlicet

Breuiar. Rom. In Breuiario Romano obſignato num. XI. impreſſo an, MDXXI.

Breuiar. Licienſ. In Breuiario Licienſi impreſſo Venetijs anno MDXXVI.

Breuiar. Rom. In Breuiario Romano impreſſo Lugduni anno MDXLVIII.

Breuiar. Rom. In Breuiario Romano impreſſo Venetijs anno MDLV.

Ex ijs, quæ diximus, & ſupra iam inſinuauimus, ſibi poſſet quis perſuadere, vtriuſque Cathedræ Feſtiuitatem conſueuiſſe vnâ, & eâdem die menſe Februario celebrari, ſed non vbique terrarum, cùm ſuos hac in re diuerſæ Eccleſiæ diuerſos ſeruarent mores. Cæterùm neque etiam ante annum MCCCLXXXIX. Feſtiuitatem Cathe-

dræ

dræ Romanę vniuersìm peragi cõ-ſueuiſſe non obſcurè ſignificant.

Ordo Romanus, Cæremoniale Pontificum ſcilicet antiquiſſimum, tempore Stephani V. Pontificis, & Caroli Magni Auguſti compilatum, nempe anno DCCCXVI. *Ord. Rom. de Cath. S. Petri. Cærem. Pontif.*

Orationale MS. an. CMXLIX.

Orationale exaratum ante annum MCCXXVII. ſiquidem in eo deſunt Preces de Sanctis Franciſco, & Dominico. *Orationa l. mſſ. aſſeru. in Arch. S. Petri. n. 1* *Orational. aſſeru. ibid. n. 4.*

Iuo etiam Carnotenſis in Sermone vltimo, in quo de Cathedrâ Antiochenâ tantùm ſermonem habet; floruit is, ſedente Vrbano II. & ſuperuixit vſque ad an. MCXIV. *Iuo Carnoten ſerm. vltimo.* *Belllarm. de Script Eccleſ.*

Honorius Auguſtudunenſis in Gemmâ animæ, qui agit de Cathedrâ Antiochenâ tantùm, & claruit anno MCCXX. *Honor. Aug ſt. in Gemm. anim.* *Trithem. & Bellarm. de Script. Eccleſ.*

Et quod præ cæteris magnifaciendum cenſeo, in Pſalterio Vatica- *Pſalter. Vatican. mſſ. aſſeru. in Arc b. Baſil.*

tica-

ticano, in quo habentur Officia Sanctorum Franciſci, & Dominici, ideoque ſcripto poſt annum MCCXXXIII. nec verbum legitur de Cathedrâ Romanâ menſe Ianuario: quamobrem certum videtur, diuerſam in Eccleſijs praxim ſeruatam fuiſſe, eamque per tempora variatam vſque ad annum editæ Conſtitutionis à Paulo IV. Romæ enim, in Hiſpaniâ, & in Galliâ, die propriâ Celebritas Romanæ Cathedræ interdum peracta eſt; mox in Vrbe pretermiſſa: ab alijs tandem Eccleſijs ſub vnâ tantùm Celebritate quandoque vtriuſque Cathedræ Feſtum menſe Februario agitatum eſt. Et in hanc quidem ſententiam Nicolaus Serarius ſic contra Caluinum Illyricum, & alios hæreticos iuit: [Feſtum verò Romanæ Cathedræ à Paulo IV. (hunc, non tertium dicere debuit

Nicolaus Serarius de Apoſtol. par. 2. n. 74.

Illy-

Illyricus) non tam inſtitutum, quàm renouatum fuiſſe dicimus. Hic enim dies (inquit) Galeſinius ex omnibus antiquis Martyrologijs VIII. Kal. Martij olim Romæ perpetuò celebratus, ſicut in Hiſpaniâ, Galliâque retinebatur, reſtitutus fuit.]

Præterea de antiquo Eccleſiæ inſtituto celebrandi huiuſmodi Feſtũ die XVIII. Ianuarij teſtatur S. Carolus Borromæus in ſecunda Synodo Diæceſanâ, coactâ die IV. Auguſti MDLXVIII. ita in eâ recenſetur decreto IV. in ordine [Cathedra item S. Petri Apoſtoli, quâ primùm Romæ ſedit, quæ ex veteri Eccleſiæ inſtituto XV. Kal. Februarij celebrari ſolebat, intermiſſa iamdiù, quoniam à Paulo IV. Pontifice Maximo ſanctè renouata eſt, in hac noſtrâ & Vrbe, & Diæceſi celebretur eo ipſo die

S. Carol. Borrom. Decret. IV. 2. Synod.

quotannis ex Calendarij noſtri ratione.]

Panuin. Cod. mſſ. de rebus memorab. Baſ. S. Petri. lib. 5. cap. 4.

Panuinius tandem agens de Cathedrâ ligneâ [In cuius (inquit) memoriam ſolemnis dies Feſtus antiquiſſimis temporibus in eâdem Baſilicâ XV. Kal. Februarij celebratur hoc titulo, *Cathedra S. Petri Apoſtoli, qua Romæ primùm ſedit*, cuius adhuc extant Miſſarum myſteria, Orariæ preces in vetuſtiſſimis Bibliothecæ Miſſalibus, & Breuiarijs, quam exoleſcentem noſtrâ ætate, edito Diplomate, reſtituit Paulus IV.]

Petr. de Natal. Catal. Sanct. cap. 95. Voſſ. de Hiſt. Latin.

Cur autem prætermiſsâ propriâ Romanæ Cathedræ celebritate XV. Kal. Februarij, interdum retenta fuerit Antiochenæ Solemnitas VIII. Kal. Martij, Petrus de Natalibus, qui (teſte Voſſio) floruit anno MCDLXX. rationem reddere conatur his verbis: [Cathedra S. Petri Apoſtoli,

ſtoli, quâ in Vrbe Româ primùm vt Summus Pontifex ſedit, facta eſt anno IV. Claudij Imperatoris, quæ ideo communitèr ab Eccleſia minimè celebratur, quia huiuſmodi memoria ſub Feſto alterius Cathedræ, quâ Petrus primùm Antiochiæ ſedit, recolitur, vt dicetur VIII. Kal. Martij. Nam quàmuis B. Petri in Vrbe Româ fuerit Sedes principalior, illa tamen celebriùs agitur, quia fuit tempore prior, & honorificentiâ potior.]

In eâdem ſententiâ eſt Cardinalis Bellarminus, cùm agit de Romano Pontifice, vbi ſic loquitur. [Solemnitas Cathedræ Antiochenæ vetuſtiſſima eſt, vt patet ex Sermonibus S. Auguſtini de Cathedrâ Petri, nec non ex Martyrologijs Bedæ, Vſuardi, & Adonis Treuirenſis, & toto in Orbe Chriſtiano celebratur, & quidem hono-

Bellarm. de Roman. Pont. tom. I. lib. 2. cap. 6.

rificentiùs, quàm Feſtus dies Cathedræ Romanæ,qui nuper à Paulo IV. inſtitutus eſt, & nuſquam à populo more Feſtorum dierum colitur, cùm Feſtus dies Cathedræ Antiochenæ non tantùm à Clero, ſed etiam à plebe multis in locis religiosè ſeruetur] Iterum paulò inferiùs [Ea Solemnitas antiquior, & celebrior, quàm Cathedræ Romanæ.]

Petrus de Natalibus, quàmuis Antiochenam Cathedram tẽpore priorem, & honorificentiâ potiorẽ aſſerat, Romanā tamẽ principaliorẽ fatetur; at Bellarminus illam honorificentiorẽ, & ſolemniorẽ iudicauit; & adiecit, nullibi eius Feſtum diem celebrari, & Paulum IV. eius Celebritatis Authorem extitiſſe. Sed immeritò id à ſapientiſſimo viro affirmatur; ſiquidem preces de Cathedrâ Romanâ in anti-

ti-

tiquioribus Orationalibus ſcriptæ, per aliquot ſæcula Collectam Antiochenæ præceſſerunt: in Vniuerſo Orbe, ac præſertìm in Galliâ;& in Hiſpaniâ Feſtum Romanæ Cathedræ nunquam omiſſum fuit: Romæ etiam olim celebrari conſueuit, nec intermiſſum, niſi cùm per aliquod temporis ſpatium idē cum Feſto alterius Cathedræ peractum eſt: præterea Paulus IV. reſtaurator, non inſtitutor huius Celebritatis extitit. Neque tanti momenti eſt prioritas temporis,quam in ordine ad erectionem Sedis tantùm admittimus, vt maiorem authoritatem, & dignitatem Cathedræ Antiochenæ conciliet; cùm hanc Romana multis alijs titulis ſuperet, & compenſet: quos ideo operę pretium eſt recenſere,vt omnibus manifeſtum reddatur, quàm iuſtis rationibus motus Paulus IV.

illius Celebritatem in vſum reuocauerit.

In confeſſo enim eſt apud Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ Scriptores, Petrum Summum Eccleſiæ Paſtorem Antiochiæ Syriæ, quæ erat Vrbs celeberrima, & totius Orientis Metropolis, Sedem tenuiſſe ſeptennium, ibique commiſſarum ſibi à Chriſto ouium curam geſſiſſe. Prius tamẽ Hieroſolymis quinquennium moratus fuerat, vbi poſtea primum, & ſolemne Apoſtolorum Concilium, quod reliquis eſſet forma, & exemplar, redux ex Vrbe coegit, vt tradit Tirinus his verbis [Hoc autem primum eſt Eccleſiæ Chriſtianæ Concilium] & comprobant Baronius, Binius, Lorinus, Gordonus, & alij plures, quos longum eſſet recenſere. De

Tirin. tom. 3. in Act. Apoſt. ad. c. 15. Baron. in Annal. ad an. 51. Bin. tom. 1. Cōc. in Præfat. Lorin. in c. 15. Act. Apoſt. Gordon. par. 3. Chronol. an. 36. & 45. Collect. Concil. Rom. Paul. V. auct. fact. tom. 1. in præfat. ad lector. Coriolan. in ſumm. Concil. initio. Sauſſ. de glor. B. Andr. Apoſt. lib. 2. art. 2. Cornel. à Lapide in c. 15. Act. Apoſt. Bellarm. tom. 1. in 4. contr. gener. de Conc. lib. 1. c. 3.

De anno verò, quo Romam primùm venerit, non leuis eſt inter Scriptores diſcordia; nam Baronius, Gualterius, Spondanus, Binius, Coriolanus, Baillius, Claudius Robertus, Ciaconius, Panuinius, Collectio regia CC. Pariſienſis, alijque eos ſequuti veniſſe affirmant anno Chriſti XLV. Claudij verò Imperatoris anno IV. Euſebius autem, Hieronymus, Paulus Oroſius, Ado Treuirenſis, Damaſus, Iſidorus, Beda, Freculphus, quos refert, & ſequitur Bellarminus, Gordonus etiam, Scaliger, Caluiſius, Dekerius, Petauius, Becherius, Bollandus, Henſchenius, quos citat, & ſequitur Labbe in Synopſi Conciliorum, anno Chriſti XLIII. Claudij verò Imperij II. Vtcumque tamen fuerit, conſtat, Petrum, illatâ iam in Vrbem Orbis Principem luce Euangelij, in omnes Orbis Pro-

Baron. in Annal. Gualter. Chron. Spondan. in Epitome. Bin. in Concil. Coriolan. & Baill. in Sūm. Claud. Robert. in Gall. Chriſt. Ciacon. in vit. Pont. Roman. Panuin. in faſt. Collect. reg. CC. Pariſienſ. Euſeb. in Chron. Hieron. de Script. Eccleſ. in Petro. Oroſ. lib. 7. Ado Treuir. in Martyrolog. Damaſ. Iſidor. Beda, Freculph. Bellarm. de Rom. Pontif. lib. 2. c. 5. Gordon. in Chron. Scalig. Caluiſ. Deker. Petau. Becher. Bollād. Heſchen. Labb. in Synopſ. Cōc.

uincias Fidei Prædicatores miſiſſe; veluti enim à Sole radij, à fonte riui, ita à Petri Cathedrâ longè, latèque Religio Chriſtiana diffuſa feliciter fuit, & propagata, vt Innocentius Papa ſcribit, & rerum ſacrarum Chronologi communi conſenſu tradunt. Ita ille [Qui in Orientis Metropoli Antiochiâ Vrbe, orientem veluti exhibuerat Orbi Solem, Romam ingreſſus, Solem in meridie repræſentauit, diffuſis per totius Mundi vniuerſitatem Euangelicæ doctrinæ radijs, tenebriſq; vanæ ſuperſtitionis depulſis, & ipsâ in Vrbe iactis ſupra firmiſſimam petram, quam ipſe nomine præferebat, fundamentis, Romanam Sanctam Catholicam, & Apoſtolicam erexit Eccleſiam, & vnà cum perſonâ omne ius Sũmi Pontificatus in eam tranſtulit, & firmitèr ſtabiliuit, eo ipſo, quòd

Innoc. Pap. ad Decentium epiſt. I.

hanc

hanc vſque ad martyrium in Cruce ſuſceptum tenuit: Chriſtus enim in Petro, & Petri Succeſſoribus Pontificibus propter Eccleſiam, vſque ad finem Mundi duraturam, *Matth. c. vlt.* inſtituit Pontificatum æquali tempore duraturum: nam oues Eccleſiæ perpetuæ perpetuum Paſtorem *Ioan. c. 21.* requirebant.] In quo omnino notandũ eſt, Petrum, etſi alibi quoque Cathedram, ac Sedem Epiſcopalem habuerit, & inde tanquam vniuerſalis Paſtor Eccleſiam rexerit, vt ab anno Chriſti XXXIX. Antiochiæ per ſeptem annos ex communi ſententia Patrum, & Scriptorum Eccleſiaſticorum; quin & poſtea ſub annum Chriſti XLV. Petrus Alexandriam nobiliſſimam Aegypti Vrbem miſerit Marcum Diſcipulum ſuum, & Euangeliſtam, vt ille ſuo quoque, ideſt Petri nomine Eccleſiam fundaret, & regeret;

ret;

ret;tamen nec in ipſâ Alexandrinâ Eccleſiâ per ſe ipſum Cathedram adminiſtraſſe, nec Antiochiæ conſtantèr Sedem tenuiſſe, ſed eâ circa annum Chriſti XLV. vt melior fert ſententia, Succeſſori, ſeu Euodio iuxta Origenem, Euſebium, Hieronymum, & vt ipſemet affirmat Ignatius expreſſis verbis ſcribens ad Antiochenos, ſeu Ignatio relictâ, iuxtà Chryſoſtomum, & Theodoretum; mox Romanam Eccleſiam eodem anno XLV. fundaſſe, ac per ſe ipſum ad mortem vſque conſtantèr rexiſſe:non quòd ab eâ nunquam diſceſſerit, cùm aliò ad erigendas,& conſtituendas Eccleſias iuerit,ſed quòd nullo interim alio, qui ipſi ante mortem ſuccederet, Succeſſore conſtituto, Cathedram illìc ſemper tenuerit, ac per ſe ipſum illi Eccleſiæ præfuerit, donec poſt annos XXIV. men-

Origen. homil. 6. in Luc. Euſeb. in Chron. & lib. 3. Hiſt. c. 16. Hieron. de Script. Eccl. in Ignat. Ignat. epiſt. 12. Chryſoſt. homil de translat. Ignat. Theodoret. dialog. Imm. 1.

menſes v. vt multi putant, vel iv. vt volunt alij, inter quos Baronius, & Bellarminus, & dies xi. anno Chriſti LXIX. feliciſſimo, ac glorioſiſſimo martyrio vnà cum Apoſtolo Paulo à Nerone affectus animam Deo reddidit; quod Anterus Papa his verbis ſignificat [Petrus Sanctus magiſter noſter, & Princeps Apoſtolorum de Antiochiâ vtilitatis causâ translatus eſt Romam.] Conſentit Marcellus item Pontifex, ad Antiochiæ Epiſcopos, [Petri enim (ait) Sedis primatus apud vos fuit, quæ poſtea iubente Domino Romam translata eſt] Innocentius I. Antiochenam Cathedram Romanæ cedere ita teſtatur [Prima primi Apoſtoli Sedes monſtratur, vbi & nomen accepit Religio Chriſtiana, quæque Vrbis Romæ Sedi non cederet, niſi quòd illa in tranſitu meruit,

Anter. epiſt. ad Epiſt. Bætic. & Tolet.

Marcell. epiſt. I. ad Antioch. Prou. Epiſc.

Innoc. epiſt. 18

ruit,

ruit,iſta ſuſceptũ apud ſe,conſummatumque gaudet] & Innocentius III. non de Antiochenâ, ſed de Romanâ Cathedrâ, illa Chriſti verba, *Duc in altum*,ad Petrum dicta, accepit, ſic [Altitudo maris, de quâ Chriſtus inquit ad Petrum, *Duc in altum*, eſt Roma, quæ primatum, & principatum ſuper vniuerſum ſæculum obtinebat, & obtinet: quam in tantum Diuina dignatio voluit exaltare, vt cùm tempore paganitatis ſola dominium ſuper omnes gentiles habuerit, Chriſtianitatis tempore ſola magiſterium ſuper fideles habeat vniuerſos. Dignum ergo Deus prouidit, & congruum, ſed & congruum prouidit, & dignum, vt ille, qui erat Princeps Eccleſiæ, Sedem conſtitueret apud Vrbem, quæ tenebat ſæculi Principatum; & ideo Dominus inquit ad Petrũ,

Innoc. III. ſerm. 2. in ſolem. SS. Petri, & Pauli Apoſt.

Duc

Duc in altum, quaſi diceret, *Vade Romam, te, & cum tuis transfer ad Vrbem, & laxa ibi retia in capturam.* Ecce liquidò patet, quantum Deus Vrbem iſtam dilexerit, vt eadem eſſet Sacerdotalis, & Regia, Imperialis, & Apoſtolica, obtinens, & exercens non dominium ſuper corpora tantùm, verùm etiam magiſterium ſuper animas. Longè nunc maior, & dignior authoritate Diuinâ, quàm olim poteſtate terrenâ: per illam habens claues Regni Cælorum, per iſtam Orbis Terrarum regens habenas: ne verò tantæ dignitatis honor, vel potius tanti honoris dignitas ad aliam Ciuitatem quacumque ratione tranſiret, ſed in hac Vrbe iuxta diſpoſitionem perpetuâ lege maneret, quùm Petrus perſecutionem fugiens, infidelium Vrbem exiſſet, apparuit ei Dominus iuxta Vr-
bem,

bem, cui cùm Petrus dixiſſet, *Domine quò vadis?* reſpondit, *Vado Romam iterum crucifigi*; quod Petrus intelligens pro ſe dictum, vt videlicet caput crucifigeretur in membro, redijt ad Vrbem, quam tandem in Crucis patibulo ſuo ſanguine conſecrauit.]

E quibus Sanctiſſimi Pontificis verbis quatuor potiſſimùm Romanæ Cathedræ prærogatiuas mihi liceat eruere, quæ in Antiochenam Cathedram non quadrant, quas etiam Sancti Patres, Concilia, & Scriptores cõplures tum Græci, tum Latini nobis inculcant. Primã tradit elegantèr S. Leo Papa in hunc modum. [Conſentaneum quippe fuit, vt in primariâ Orbis Vrbe primarius vniuerſalis Eccleſiæ Paſtor Sedem haberet, & Princeps Apoſtolici Ordinis ad arcem Romani deſtinaretur Imperij, vt

S. Leo Papa Serm. in Natal. Apoſt.

lux

lux veritatis, quæ in omnium gentium reuelabatur ſalutem, efficaciùs ſe ab ipſo capite per totum Mundi corpus effunderet, & vbi eſſent omnium Nationum homines, ibi confutarentur omnes dæmonum cultus; ac denique ibi omnium ſacrilegiorum impietas deſtrueretur, vbi diligentiſſimâ ſuperſtitione habebatur collectum quidquid vſquam fuerat vanis erroribus inſtitutum.]

Secunda ſit, quia Chriſti mandato Petrus Romæ Cathedram collocauit: Ita Nicolaus II. ſcribens Mediolanenſibus per Petrum Damianum Legatum ſuum; & Gelaſius II. & Anacletus ad omnes Epiſcopos. Id ipſum quoque teſtantur Marcellus I. Leo II. Alexander I. Iulius I. Pius I. in ſuis quiſque epiſtolis, quarum teſtimonio cum pleriſque vtor; licèt non ignorem, mo-

Nicol. II. c omnes diſt. 22
Gelaſ. II. c. quamuis, diſt. 21.
Anaclet. epiſt. 3. ad omnes Epiſcopos.
Marcell. I. in c. rogamus.
Leo II. c. cum Beati ſ. 24. q. 1
Alex. Iul. & Pius primi in epiſt.

motam de ijs ab eruditis controuerſiam; antiquę enim ſunt, & veram continent doctrinam. Innocentius III. iterum his verbis: [Locus, quem elegit Dominus, Apoſtolica Sedes eſſe cognoſcitur] Egregiè Leo IX. ad Michaelem Patriarcham Conſtantinopolitanum. [Iuſtum eſt (ait) vt ibi lex Sancta Caput habeat Principatus, vbi Saluator noſter B. Petrum Apoſtolum obtinere præcepit Cathedram]. Confirmatur: nam cum Petrus fidelium ſuaſu, vt ſe perſecutioni ſubtraheret, & in tempus commodius reſeruaret, fugiens vrbem exijſſet, & Chriſtum ſibi prope portam vidiſſet occurrentem, eum interrogauit, *Domine quó vadis?* cui Dominus, *Vado Romam iterum crucifigi*; intelligens ex his verbis Petrus, velle Chriſtum eum ad locum, quem elegerat, ręuocare, vt ibi

Innoc. c. per Venerabilem, qui fil. ſint legitimi.

Leo IX. in epiſt. ad Michael. Patriar. Conſtantinop.

Hegeſip. lib. 3. c. 2. contra Auxentium. D. Ambroſ. in orat. de Baſilic. non tradẽ. hæretic. Athan. in apol. pro fuga ſua. Gregor. in explic. quarti Pſalm. pœnit. Bellarm. de Rom. Pontif. lib. 1. c. 24.

ibi pro ipſius fide Martyrium ſubiret, & Sedem Romanam ſuo ſanguine conſecraret, in Vrbem confeſtìm redijt, & paulò poſt Cruci affixus, capite in Terram verſo, glorioſè occubuit: quam hiſtoriam referunt Linus, Hegeſippus, Euſebius, D. Ambroſius, Iordanus, & ex S. Gregorio, & Athanaſio deducunt Cardinalis Bellarminus, Cardinalis Baronius, Spondanus, Barboſa, Iacobus Perez de Valentia, Driedo, & plures alij, quos omittimus. Inde profectum eſt, vt Romæ primam Sedem, & vniuerſalis Eccleſiæ Primatum ſitum, & collocatum eſſe iure Diuino doceant Concilium præſertim Lateranenſe his verbis: [Eccleſia Romana Deo diſponente mater, & magiſtra omnium Eccleſiarum.] Nicolaus Papa, Gelaſius, alijque grauiſſimi Authores Abbas, Ioannes

Linus in Act. Paſſion. SS. Petri, & Pauli.

Hegeſip. lib. 3. de excid. Hieroſolym.

Euſeb. Cæſar. lib. 3. c. 2.

Iordan. de maior. Epiſc. cauſ. ad Pap. 2 deferend. c. 11. num. 24.

D. Ambroſ. lib. 5. epiſt. 32.

S. Gregor. in explic. 4. pſalmi pœnit.

S. Athanaſ. in Apolog. pro fug. ſua.

Bellarm. de Rom. Pont. lib. 1. cap. 23.

Bar. & Spond. ad annum 69.

Valent. q. 1. par. 7. §. 38.

Driedo lib. 4. de varijs dog. cap. 4. p. 3.

Conc. Later. in cap. Damnamus. de Summ. Trinit. & fid. Cath.

nes Andreas, Tannerus, Ancharanus, Albertus Pighius, S. Antoninus, Turrecremata, Cano, Aluarus Pelagius, Corduba, Iacobus, Mendoza, Azorius, & tres magni nominis Cardinales Baronius, Bellarminus, Tuſchus: nec poſſe inde aliò transferri, quòd Deus ipſe eam iuſſit Romæ figi; quæ autem Deus iubet, mutari ab hominibus non poſſunt. Idque ipſum tot ſæculorum decurſu, & experientiâ confirmatur; nam ſæuientibus in Eccleſiam tyrannis, & paganis cuncta turbantibus, Cathedra tamen Petri per M.D.C. annos Romæ inconcuſſa ſtetit, & immobilis, in nullam aliam Orbis Vrbem translata: &ſi enim ſeptuaginta annorum ſpatio Pontifices Romani fuerint

Abb. in c. Per Venerab.
Tanner. tom. 3. d. p. 1. de fide p. 4. dub. 4.
Ioann. Andr. in c. fund. de elect. in 6.
Anch. ibi n. 12.
Albert. Pigh. de Eccl. Hieronym. lib. 3. c. 12. & 13.
S. Anton. p. 3. tit. 23. c. 5.
Turrecrem. de poteſt. Eccl lib. 2. cap. 40.
Cano de loc. Theolog. lib. 6. cap. 8.
Aluar. Pelag. de Planctu Ecclesſ lib. 1. c. 32
Cordubæ in quæſt. lib. 4. q. 1. prop. 8.
Iacob. de Conc. lib. 8. art. 6. & 7.
Mendoz. in quæſt. quodlib. c. 4.
Azor. inſtit. moral. part. 2. lib. 4. cap. 11. q. 2. Baron. in addit. ad Martyrolog. Rom. die 18. Ianuar. Bellarm. tom. 1. de Rom. Pont. lib. 2. Tuſch. pract. concluſ. iur. tom. 3. litera . concl. 3. num. 19. & tom. 7. lit. R. concl. 362.

rint in Gallijs, non mutáuerunt Epiſcopatum Romanum cũ Auenionenſi, ſed Romæ Epiſcopi ſemper fuerunt, & Auenionenſes Epiſcopos iugitèr ordinarunt. Quod efficax argumentum eſt ad probãdum, ſummam Eccleſiæ Cathedram, & Pontificatum eſſe iure Diuino cum Romanâ Sede, & Epiſcopatu coniunctã: idque iuri canonico, & Pontificum decretis, & epiſtolis eſſe planè conforme, eruditè oſtendunt Azorius, Bellarminus, Tannerus, Valentia, & Turrianus.

Petr. Friz. in Gall. Purpurat. lib. 3. ad ann. 1312. 1316. 1366.

Azor. & alij vbi ſupra.

Ex hactenus dictis pronum eſt elicere tertiam Romanæ Cathedræ prærogatiuam: nam Petrus Antiochiæ ſeptennium circitèr ſedit, conſtituto poſtea in eâ peculiari Cathedrâ Epiſcopo, ſiue Euodio, ſiue Ignatio, iuxta diuerſas Authorum ſententias, quas examinare no-

Euſebius. in Chron.

Chriſoſt. homil. de trãſlat. S. Ignat.

noſtri inſtituti non eſt: inde ortum, vt Antiochenæ Cathedræ multum de dignitate deceſſerit: nam Alexandrina, quam Petrus per Diſcipulum ſuum Marcum eò miſſum in Epiſcopatum erexit, ordine, & dignitate Antiochenam præcellit, vt videre eſt in Concilijs Nicæno, & Chalcedonenſi, ex epiſtolis Anacleti, Leonis, & Gregorij: de Conſtantinopolitanâ modò non loquimur, quæ Iuſtiniano imperante, ſecundum à Romanâ locum tandẽ obtinuit, vel extorſit.

Concil. Nicæn. Can. 6. & 7. Concil. Chalced. act. 16. Anacl. epiſt. 3. Leo ad Anatol. epiſt. 53. Gregor. ad Eulog. epiſt. 37. lib. 6. Miræus in Notit. Epiſcopat. initio. Bellarm. de Rom. Pont. l. 1. cap. 24.

Præterea ſi Cardinalis Baronij, & aliorum ſententiam ſequamur, primus Antiochiæ Epiſcopus non tam Petrus fuit, quàm Euodius; ita enim loquitur Baronius: [Primus igitur Euodius eſt dictus Epiſcopus Antiochenus, quòd à Petro primus eam rexit Eccleſiam, licèt ordine eſſet dicendus ſecundus; ſed

Baron. tom. 1. ad annum 39. num. 18.

aliâ

aliâ etiam ratione primus, quòd qui poſt Petrum eſt creatus eius Ciuitatis Epiſcopus, non propriè, nec in omnibus poſſet dici Petri ſucceſſor; translatâ enim ſemel Romam Petri Sede, ille re verâ tantùm dicendus erat Petri ſucceſſor, qui poſt eius obitum ſuffectus eſt in locum ipſius Romanus Epiſcopus. Qui verò poſt eum Eccleſiæ Antiochenæ eſt præfectus Antiſtes, nequaquam ſummæ omnium Sedis eſt ius conſecutus: hoc enim perſonæ coniunctum ipſe Romanæ, quam erexit, Eccleſiæ contulerat; ſicque hac ex parte Euodius nouus, & primus Sedis Antiochenæ Epiſcopus habebatur.]

Nec immeritò hæc à Baronio dicta. Cæterùm Petrus ſedit Romæ annis ſupra XXIV. Eccleſiam vniuerſam regens, authoritate, & poteſtate ſibi à Deo datâ, eâque in-

fallibili, & ordinariâ, ac perpetuò in Eccleſia permanente, atque ſpectante ad Petri quoque legitimos Succeſſores per mortem illius in Eccleſiâ, & Cathedrâ Romanâ tantùm; ſolus igitur Romanus Pontifex Diuino iure Petro ſuccedit, & ſupremam illam totius regendæ Eccleſiæ authoritatem, non ab hominibus, ſed à Deo accipit, atque adeo non ab hominibus, ſed à Deo conſtituitur Eccleſiæ Paſtor, & Caput: Petro enim, & in illo ſuis Succeſſoribus à Chriſto dictum eſt, *Paſce Oues meas. Tibi dabo claues Regni Cælorum*. Vnde Concilium Romanum ſub Damaſo: [Eſt ergo prima Apoſtoli Petri Sedes Romana Eccleſia] & Clemens, Alexander Pius, Zephirinus, Fabianus, Lucius, Euthychianus, Euſebius, Melchiades, Hilarius, Iulius, Liberius, Damaſus, Siricius, Inno-

Matth. 16. nu. 10.
Ioann. 1. n. 42.

Clem. epiſt. 1. ad Iacobum Fratr. Dom.
Alex. 1. in 1. Decretal. ad omn. Ortodox.
Pius epiſt. 1.

Innocentius I. Zozimus, Cæleſtinus, Leo Magnus, & Agatho multa, & præclara huiuſce veritatis documenta dederunt: multa etiam VI. Synodus imperante Conſtantino IV; & VII. imperantibus Conſtantino, & Irene; & VIII. Baſilio Auguſto Imp. Synodus Alexandrina ſedente Felice II. coacta; Concilium Carthaginenſe ſub Innocentio I. Africanum ſub Zozimo anno CDXVIII. celebratum; Romanum IV. ſub Damaſo; Bracharenſe I. ſub Ioanne III. an. DLXIII. Romanum anno DCIII. ſub Gregorio Magno; Lateranenſe ſub Martino I. Omitto multo plura SS. Patrum, & Authorum teſtimonia, ne lectoribus faſtidio ſim, & ne videar de inſtituto narrationis curſu nimium deflectere: conſulat qui velit

Zephyrin. epiſtol. I. Fabian. epiſt. I. Lucius epiſt. vnic. ad Epiſc. Gall. et Hiſpan. Euthych. epiſt. I. ad Epiſcop. Bætic. prouinc. Euſeb. Pap. ad Epiſc. Tuſc. & Campan. Melchiad. epiſt. vnica ad Epiſc. Hiſpan. Hilar. Pap. ad Athanaſ. & Epiſc. Aegypti. Infraſcripti in ſuis epiſt. nempe Iulius, Liberius, Damaſus, Siricius, Innocentius, Zozimus, Cœleſtinus, Leo M. & Agatho. Synodus VI. VII. & VIII. Synodus Alexandrina.

Concil. Carthag. African. Roman. ſub Damaſ. Bracharen. I. Roman. ſub Greg. Lateranen. ſub Mart. I.

Diu. Thom. opuſc. contr. error. græcor. D. Thomam, qui ſuperiori ætate id egregiè præſtitit opuſculo contra errores Græcorum, *Turrecremat. lib. 2. ſumm.* Turrecrematam, *Vualden. lib. 2. doctr. fid. & Patr.* Vvaldenſem, ac ijs recentiores Cardinales *Card. Caietan.* Caietanum, *Roffenſis,* Roffenſem, *Contarenus,* Contarenum, *Polus, Hoſius,* Polum, Hoſium, & alios variarum gentium Scriptores, *Catharinus,* Catharinum, *Eckius,* Eckium, *Pigh. Faber,* Pighium, Fabrum, *Latomus,* Latomum, *Cochlæus,* Cochlæum, *Campegius,* Campegium, *Delphinus,* Delphinum, *Sotus, Copus,* Sotum, Copum, *Canus,* Canum, *Io. à Louanio,* Ioannem à Louanio, *Turrianus,* Turrianum, *Remund. Ruf.* Remundum, Ruffum, *Maldonatus,* Maldonatum, *Sander. Baron.* Sanderum, Baronium, *Petron. Bellar.* Petronium, Bellarminum, & P. Franciſcum à S. Auguſtino *Macedo de Clauibus Petr.* Macedo, virum hac ætate ſuo ſatis nomine celebrem. Anacletus autem Papa ad vniuerſos Epiſcopos, & reliquos Sacerdotes: [Sacroſancta (ſcribit) *Anaclet. diſt. 22. c. Sacroſancta.* Romana, & Apoſtolica Eccleſia, non ab Apoſtolo, ſed ab ipſo Domino Saluatore noſtro primatum

obti-

obtinuit, ſicut ipſe Petro B. Apoſtolo dixit, *Tu es Petrus*, ergo hæc Apoſtolica Sedes, cardo, & caput omnium Eccleſiarum à Domino, & non ab alio eſt conſtituta; & ſicut cardine oſtium regitur, ſic huius Sanctæ Sedis authoritate omnes Eccleſiæ; Domino diſponente, reguntur.] Et Gelaſius Papa] Cuncta per mundum nouit Eccleſia, quod Sacroſancta Romana Eccleſia de omni Eccleſiâ fas habeat iudicandi; neque cuiquam de eius liceat iudicare iudicio:] & paulò poſt [& hæc nimirum pro ſuo Principatu, quem B. Petrus Apoſtolus Domini voce & tenuit ſemper, & tenebit.] Vigilius verò [Nulli, vel tenuitèr ſcienti, vel plenitèr ſapienti dubium eſt, quòd Eccleſia Romana fundamentum & forma ſit Eccleſiarũ, à quâ omnes Eccleſias principium ſumpſiſſe,

diſt.2.q.3.ca p Cũcta per Mũdum. 1.

Vigil. epiſt. ad Euther.

ſe,

ſe, nemo rectè credentium igno-
rat; quoniam licèt omnium Apo-
ſtolorum par eſſet electio, B. Pe-
tro tamen conceſſum eſt, vt cæte-
ris præemineret, vnde & Cæphas
vocatur, quia caput, & primus eſt
omnium Apoſtolorum: & quod
in capite præceſſit, in membris ſe-
qui neceſſum eſt; quamobrem San-
cta Romana Eccleſia eius merito
Domini voce conſecrata prima-
tum tenet omnium Eccleſiarum.]
Epiſt. præcit. & diſt. 2. q. 6. cap. Qui ſe ſcit. & paulò poſt [Ipſa namque Eccle-
ſia, quæ prima eſt, ita reliquis Ec-
cleſijs vices ſuas credidit largien-
das, vt in partem vocatæ ſint ſo-
licitudinis, non in plenitudinem
diſt. 17. q. 4. cap. Nemini. poteſtatis] & Nicolaus Papa: [Ne-
mini licitum eſt de Sedis Apoſto-
licæ iudicio iudicare, aut illius ſen-
tentiam retractare permiſſum, vi-
delicet propter Romanæ Eccleſiæ
primatum, Chriſti munere in Pe-

tro

tro Apoſtolo diuinitùs collatum.]

Quarta demum Romanæ Sedis prærogatiua eſt. Quoniam in Antiochiam Petrus Chriſtianæ Religionis lucem non inuexit primus: nam antequam in eam pergeret Vrbem, ex iudæis ibi magno numero habitantibus nobilis iam erat collecta Eccleſia, vt teſtatum legimus in Actis Apoſtolorum, & obſeruant Baronius, & Spondanus. Itaque Antiochia Fidei Chriſtianæ myſteria ab alijs hauſit, Roma verò ab ipſo Petro Apoſtolorum Principe Orbis magiſtro prima Fidei rudimenta didicit, vt ex Sanctis Patribus, & Hiſtoricis Eccleſiaſticis ſatis liquet. Ac ne quid ad tantæ Vrbis gloriam, & amplitudinem deeſſet, in Vaticano Petri mar-

Act. Apoſt. c. 12. n. 23. & 26. & cap. 13. num. 1. Euſeb. lib. 2. cap. 3. Baron. & Spõdan. ad an. 39.

C. de Summ. Trinit. l. cunctos populos. Paul. Oroſ. lib. 7. hiſtor. cap. 6.

Gregor. Turonen. lib. 1. Hiſt. cap. 25. Euſeb. Cæſar. lib. 2. cap. 14. Leo ſerm 1. de Natali Apoſt. Iræn. lib. 3. cap. 3. Arnob. lib. 2. contra gentes. Epiphan. hæreſ 27. Theodoret. in cap. 1. ad Rom. Bellarm. de Rom. Pont. lib. 2. c. 2.

martyrio conſecrata eſt, eâque ratione Roma audire meruit, Gens ſancta, Populus electus, Ciuitas Sacerdotalis, & Regia tanti Principis purpurata ſanguine : quas prærogatiuas Baronius paucis ita complexus eſt, ſi non omnes, ſaltem præcipuas [Porrò tantò celebrior hæc eſt Solemnitas illâ, quâ Antiochiæ ſedit, quòd mobilis illa, & ad tempus tantùm, ac quaſi per tranſitum ſita eſt; Romę verò ſtabiliuit, firmauitque Deus eandem in æternum in Petri Succeſſoribus permanſuram, quam (vt Iræneus tradit lib. III. cap. III. doctrinâ munitam, traditionibus locupletatam, meritis illuſtratam, dotibus auctam, idem Apoſtolus vnà cum Paulo etiam ſanguine conſecrauit]

Baron. in not. ad Martyrolog. die 18. Ia-

Rationibus, & prærogatiuis hactenus adductis, ſatis (ni fallor) refutauimus Petri de Natalibus, &

Bel-

Bellarmini ſententiam, & Romanæ Cathedræ dignitatem aſſeruimus; eiuſque Feſtum diem, maiori ab Eccleſiâ debere celebrari ſolemnitate, quàm ſit Antiochenæ, oſtendimus.

Idque probè intelligens Paulus IV. ſolemnem Romani Cleri ſupplicationem die XVIII. Ianuarij ad Cathedram S. Petri ligneam, tanquam ad veritatis magiſtram, Diuinorumque interpretem arcanorum, ſingulis annis faciendam inſtituit; Præterea iuſſit, vt vbique gentium ab vtroque Clero Officium, & Miſſa ſub ritu duplici recitaretur, & reſpectiuè celebraretur eâdem anniuerſariâ die Cathedræ Romanæ, literis datis VIII. Idus Ianuarij anno MDLVIII. & Miſſam coram Pontifice, & Cardinalibus in Vaticanâ Baſilicâ annuatim ſolemni ritu celebrandam reſtituit.

Panuin. Cod. mſſ. de reb. antiq. & præſtan. Baſil. S. Petri lib. 5. c. 4.

Paul. IV. conſtitut. 13. §. 1.

Gre-

Mucant. in Diar. mſſ. die 18. Ian. 1578.

Gregorius XIII. Feſtum Romanæ Cathedræ in Vrbe ex præcepto ſeruandum indixit; quod tamen quarto illius Pontificatus anno, & deinceps omiſſum fuit ob incuriam Curſorum, qui Feſtum Conſulibus Artium indicere neglexerunt.

Breuiar. Rom. edit. an. 1602.

Clemens VIII. in correctione Breuiarij Romani tandem adiecit, vt eius Officium ſub duplici maiori recitaretur.

Petr. Galeſ. in Martyrol. impreſſ. Venet. anno 1578. ad diem 18. Ianuar.

Quàmuis autem ſatis ſuperque de Paulo IV. huius Feſti reſtauratore, non vtique inſtitutore dixiſſe videar, tamen quæ in eam diem Petrus Galeſinius annotauit audire placeat[Romæ (inquit Galeſinius) Cathedra S. Petri Apoſtoli. Is decimo poſt Chriſti mortem anno, quo Claudius Ceſar Imperium obtinuit, annuâ prædicatione perfunctus, quam è vinculis libera-

beratus peregrinando ſuſcepit, in Vrbem Romam primùm ingreſſus eſt hoc ipſo die, qui propterea priſco Eccleſiæ inſtituto, & conſuetudine ad Romanæ B. Petri Cathedræ celebritatem inſtitutus, poſt aliquando intermiſſus in vſum, & veterem ritum Pauli Quarti Pontificis Maximi Decreto piè reuocatus eſt.]

Supereſt, vt Sanctiſſimus D.N. ad perficiendam Romanæ Cathedræ Solemnitatem, quicquid de huius Celebritate, vel hominum incuriâ, vel iniuriâ temporum deceſſit, inſtauret, vt reſpondeat Cathedræ Solemnitati nouus ille, & maieſtate plenus (atque vt vno verbo cuncta complectar) ALEXANDRO Pontifice dignus ad Baſilicæ Vaticanæ abſidem apparatus, qui ligneam S. Petri Cathedram nuper excepit, eamque exhibet

bet omnium gentium ad Vrbem confluentium oculis intuendam, & idoneo ab ijs ritu colendam, præcipiat; vt dum eam debito honore proſequuntur, ſupremam Petri, qui in eâ ſedit, eiuſque Succeſſorum poteſtatem, & collatum à Deo Pontificium munus ad finem vſque mundi duraturum fidelitèr agnoſcant, & quâ par eſt reuerentiâ, venerentur: nam Cathedra materialis perire poteſt, Petri autem Pontificatus Romæ cõſtitutus, qui potiſſimùm ſub Cathedræ nomine deſignatur, nunquam peribit.

Hìc ſiſto, & hanc Diſſertationem Pierij Valeriani carminibus admodùm elegantibus concludo.

Pier. Valerian. in Ode ſub Leone X.

At ſurge tandem ſurge, age, nam ſatis
Superque natis Antiochi datum
Hinc Chriſtianum extare nomen,
Sancte Senex Galileæ Simon.

Quid

Quid hinc moraris? quid teris otia?
Te iam Seleuci Regia non capit,
Non Laodiceæ feraces,
Aut Aſiæ, Siriæue campi?
Maiora iam te celebrem vocant
Momenta rerum, te Capitolium,
Arceſque ſeptem, te vniuerſus
Orbis ad Imperium requirunt.
Cui noſſe Cœli numina corpori
Inſerta noſtro eſt ante alios datum,
Arcana, qui Diuum expedita
Voce, palàm intrepidè reuelas.
Qui nulli amando cedis, & impiger
Deuota morti pectora liberè
Offerre, tortorem cruentum
Pro Domino impauidus ſubire.
Ergo hic docebis, quæ via, qui tenor,
Vitæ ſupremos euehat ad Deos,
Mortale nil cognoſſe, amare,
Quæ ſuperi docuere tantùm.
Inſanientem ſic ſapientiam
Demolieris, & ſcelera, & dolos,
Morumque, virtutiſque veræ

Perpetuam hìc ſtatues Cathedram
Nos hanc Sabæis vndique odoribus
Fuſam quotannis ſic venerabimur
Ad templa Vaticana Romæ
Quæ pietas tibi dedicauit.
At tu tuis pro ſupplicibus Deum,
Cui ſemper adſtas aſſiduus Comes,
Pacem, ſalubremque aerem ora
Auſpicijs ineuntis anni.
Nec verberentur grandine vineæ,
Ne mentiatur fundus inanitèr
Cultus, nec arua, agroſque iniquè
Sidera torruerint, faueto.

INDEX NOTABILIVM.

A.

ADrianus Primus Pontifex in proprio Sacello Vatica- no Cathedram ligneam San- cti Petri aſſeruandam col- locauit. Pag. 48. 49. 50.

Adriani Primi in mortem carmina Caroli Magni. 49.

Albertus Pighius laudatur. 64.

ALEXANDER VII. Summus Pontifex, veritatis, & antiquitatis indagandæ ſtudioſiſſimus. 69. Cathedram ligneam S. Petri mirabili ornamento decorauit. 159. 160.

Alexandriæ Cathedra S. Marci ſeruata eſt, & in veneratione habita. 8. 10.

Alexandrinus Epiſcopus S. Petrus Ale- xandrinus cur in Cathedra S. Marci ſedere interdum abnuerit. 10. 11.

Digitized by Google

Alexandriæ in Sede Sancti Marci inſidens S. Petrus Alexandrinus, ad ſepulturam elatus eſt. 13.
Antiochena Eccleſia erecta in domo Theophili. 17. 19.
Antiochenæ Cathedræ in celebritate expoſita eſt Cathedra S. Petri, qua Romæ ſedit. 60.
Antiochena Petri Cathedra eadem eſt, quæ aſſeruatur in Vaticano, ſecundùm aliquorum opinionem. 65. 66. 71. 72. 73. *ſed hæc opinio non placet.* 66. 74. 75.
Antiquitates plurimæ indicantur, quæ etſi gentilium, in Chriſtianitatis deinde vſum redactæ ſunt. 30. 35. 36. 37. 38. 39. 40.
Apoſtolorum Cathedræ in magna veneratione habitæ, & aſſeruatæ. 5. 6. 7. 8. 9. 10.
Apoſtolorum in Cathedris Epiſcopi earundem Eccleſiarum primò inthronizati. 5. 15.
Apoſtolorum in Cathedris Epiſcopi eorum ſucceſſores ad ſepulturam elati. 5. 6. 7.

Aqui-

Aquileiæ Cathedra S. Marci ſeruata. 11. 12.
Aquileia ad Gradus Inſulam translata Cathedra lignea S. Marci. 11.

B

B*Aptiſma olim per immerſionem fieri mos erat.* 45.
Baptiſmalis fons Vaticanus à Liberio Pontifice, opera Damaſi tunc Presbyteri conſtructus. 45.
Baptizati adulti mittebantur ſtatim ad venerandam S. Petri Cathedram; & quare. 45. 46. 47.
Benedicti Canonici S. Petri verba explicantur. 51. 52. 53.
Bituricenſis Archiepiſcopus cum primùm poſſeſſionem inibat, per frequentiores illius Vrbis plateas, ſuper Cathedram ligneam, Ciuium humeris portabatur. 89.
Breuiarium vetuſtiſſimum, quod mentionem facit de Cathedra Romana. 102.

C

CAdauera Epiſcoporum Cathedris impoſita ad ſepulturam efferebantur. 5. 6. 7. 13.

Cæſaris Cardinalis Baronij verba perpenduntur. 75. 76. 91

Caluinus redarguitur. 28. 29. 30.

Cardinalis S. Praxedis Legatus ea die celebrauit, qua expoſita eſt Cathedra S. Petri. 60.

Cardinales ſermocinabantur in Capella die Cathedræ. 121. 122.

Caroli Magni carmina in mortem Pontificis Adriani Primi. 49.

Cathedra S. Iacobi Hieroſolymis aſſeruata. 7. 10. 14.

Cathedra S. Iacobi ſeruata in excidio Hieroſolymæ. 7. 8. 13. 14. 15. 76.

Cathedræ S. Ioannis Euangeliſtæ Epheſi; & Cathedræ S. Andreæ apud Patras, feſtum celebrabatur. 90. 91.

Cathedra S. Marci Alexandriæ ſeruata, & in

& in veneratione habita . 8.

Cathedra S. Marci Aquileiæ , cum veneratione , cuſtodita. 11. 12.

Cathedra S. Marci ex Aquileia ad Gradus Inſulam translata. 11.

Cathedræ S. Marci eam venerationem habuit Petrus Alexandrinus, quòd in ea ſedere abnuerit;& quare. 8. 9.

Cathedræ S. Marci inſidens corpus S. Petri Alexandrini ad ſepulturam elatum eſt. 13.

Cathedram S. Marci fulgore luminis radiantem vidit S. Petrus Alexandrinus. 11.

Cathedra magnifica Romæ S. Petro erecta. 1. 64. 75.

Cathedræ ligneæ Romanæ, quæ in Baſilica Vaticana aſſeruatur, deſcriptio. 19. 22. 23. 28. 30. 31. 46. 67. 68. 69. 70. 71.

Cathedræ ornatus ex auro puriſſimo , non ex aurichalco, vt quidam ſcripſit. 69.

Cathedræ operimentum ex panno aureo, dono traditum à Sixto IV. 82. *& ſeq.*

Cathedra lignea S. Petri in Vaticano tra-

ditione confirmata. 2. *&* *ſeqq.*
Cathedræ S. Petri identitas Authorum teſtimoniјs comprobata. 41. *&* *ſeqq.*
Cathedra lignea S. Petri miraculis roborata. 1. 77. 85. 86.
Cathedra S. Petri Vaticana ex eius Confeſſione effoſſa. 6. 46.
Cathedra S. Petri Romana ab Adriano Primo in proprio Sacello Vaticano collocata. 48. 49. 50. 67.
Cathedra S. Petri Romana, tempore Nicolai V. aſſeruabatur in Capella SS. Seruatij, & Lamberti. 61. 62. 82.
Catedra S. Petri Romana aſſeruata in ſiniſtra parte Chori. 65. 66. 71.
Cathedra S. Petri Romana exponebatur venerationi Fidelium die Celebritatis eius die xxij. Februarij, & vbi. 60. 61. *Item aliјs diebus* 77.
Cathedra S. Petri Romana non mirum, quod fuerit aſſeruata, & venerationi expoſita. 14. 15. 16. 39. 45. 46. 47. *&* *ſeq:*
Cathedra S. Petri Romana tempore Alexan-

xan-

xandri II. ab incendio euadit illæſa. 51.81.

Cathedræ S. Petri mira largitate Fideles dietim oblationes offerebant. 58.

Cathedræ Romanæ Reliquiæ aſſeruantur in Eccleſia S. Laurẽtij in Damaſo. 89.

Cathedra S. Petri Vaticana eadem eſt, qua Petrus Antiochiæ ſedit, iuxta opinionem aliquorum. 65. 66. 71. 72. 73. Sed hæc opinio non placet. 66. 74. 75. 76.

Cathedra S. Petri Romana antiquior eſt ipſo aduentu S. Petri ad Vrbem, ſecundùm opinionem Siliberti, quæ tamen nõ placet. 66. & ſeqq.

Cathedra Romana dicitur, qua Petrus Romæ primùm ſedit. 67.

Cathedra Romana quando erecta ſit. 64. 96.

Cathedra Romana quomodo à Chriſto inſinuata Petro. 99. 116. 117. 118.

Cathedræ Romanæ cultum, ac Feſtiuitatẽ reſtaurauit, non inſtituit Paulus IV. 87. 95. 96.

Ca-

Google

Cathedræ Romanæ Feſtum, quibus Authoribus firmetur. 99. *& ſeqq.*
Cathedræ Feſtum ſubrogatum ad abolendam prauam quandam veterum ethnicorum conſuetudinem. 108. 109. 110. 115.
Cathedræ Feſtum olim celebratum de præcepto, mox intermiſſum; à quanto tempore, & quare. 120. 121. *Vide pag.* 126. *& ſeq.*
Cathedræ Romanæ Feſtiuitas ſuppoſita à Micrologo. 105. 106.
In Cathedræ Romanæ Feſtiuitate agitur etiã memoria concreditæ Petro curæ vniuerſalis, & vnde elicitur. 116. *& ſeqq.*
Cathedræ Romanæ Celebritas præcipuè in Gallia, & Hiſpania continuata. 96.
Cathedræ Romanæ in Celebritate Vrbanus VI. Miſſam Pontificalem celebrauit. 120.
Cathedræ in Solemnitate ornabatur lectorium S. Petri. 123. *& ſeq.*
De Cathedræ Romanæ Feſtiuitate an egerit S. Auguſtinus in Sermonibus. 96. 97.

97. 98. 99.
Cathedræ Solemnitatis die à Conſiſtorijs vacabatur. 124.
Cathedræ inſidens S. Petrus munia Pontificalia obibat. 84.
Cathedræ S. Petri nullus Papa auſus fuit inſidere, ſecundùm opinionem Petri de Natalibus 62. *Sed eius opinio refellitur. Ibid. & pag.* 63.
Cathedræ S. Petri inſidens nouus Pontifex à Cardinalibus, & Clero adorabatur. 25. 54. 55. 56.
Cathedræ Vaticanæ inſidens Papa intererat Miſſæ, in die Cathedræ. 51. 52. 53.
Cathedram S. Petri nuper baptizati adibant, eamque venerabãtur. 45. 46. 47.
Cathedram portantibus, & reportantibus Canonicis Vaticanis emolumẽtum olim aſſignatum. 58. 59.
Cathedræ Romanæ proceſſio generalis inſtituta. 157.
Cathedræ Romanæ Feſtum de præcepto ſeruandum, iuſſu Gregorij XIII. 158.
Cathedræ Vaticanæ Canonici deferre conſue-

ſue-

ſueuerunt. 58.

Cathedram S. Petri Vaticanam Sellam geſtatoriam fuiſſe Author opinatur, Ennodij authoritati; & quare. 24. 25. 26. 27.

Cathedram Romanam Iſabella Regina Angliæ curauit penitus deſtruere. 87.

Cathedra Romana appropriata Pontificatui Catholico; & quomodo. 145. 147. *& ſeqq.*

Cathedra Romana cur antiquitùs vnita Feſto Cathedræ Antiochenæ. 108.

Cathedra Romana celebriùs agenda eſt, quàm Cathedra Antiochena. 156. 157.

Cathedræ Romanæ mentionem non facit Pſalterium Vaticanum. 128.

Cathedræ Romanæ Collecta à S. Gelaſio Papa compoſita, anterior Antiochenæ Collectæ. 101.

Cathedra Antiochena cum Dalmaticis, & Gloria, poſt Septuageſimam colebatur. 107.

Cathedræ Antiochenæ Collecta Leonis IV.

ſeu

ſeu Gregorij Magni, poſterior tempore Collecta Cathedræ Romanæ. 102.
Cathedræ Antiochenæ, & non de Romana, quæ Miſſalia, Breuiaria, & Orationalia mentionem faciant. 125. 126. 127.
Cathedræ Antiochenæ Solemnitas antiquiſſima. 130: 133.
Cathedræ Romanæ, & Antiochenæ ſimul acta Commemoratio. 107. 108. 109. 110. 111. & ſeq.
Cathedræ Romanà, Hieroſolymitanà, & Antiochena in Sacello Ioannis VII. 48.
Cathedræ Apoſtolorum in veneratione habitæ. 5. 6. 7. 8. 9. 10.
Cathedræ Epiſcopales olim velatæ, & gradatæ. 73. 74.
Cathedræ cum Epiſcopis primis Eccleſiæ temporibus ſepeliebantur. 5.
Cathedrarum operiendarum ritus antiquiſſimus. 83.
Cathedris primorum Patrum inſidentes olim Epiſcopi ſucceſſores, poſſeſſionem

Eccle-

Eccleſiarum adibant. 5. 15.
In Cathedris, præſertim Apoſtolorum Deus adorandus. 11. 12.
Cathedralium nomen vnde ortum. 9.
Cingula admota Cathedræ ligneæ S. Petri in Baſilica Vaticana, miraculoſa. 77. 78. 79. 80. 81.
Collecta, & Præfatio recitanda in die Cathedræ Romanæ. 101. 103. 112. 113. 114.
Collecta de Cathedra Romana à Gelaſio I. edita; & de Cathedra Antiochena à Leone IV. vel à Gregorio Magno. 101.
Collecta de Cathedra Romana antiquior Collecta Cathedræ Antiochenæ. 101. 102.
Concilium primum Eccleſiæ Chriſtianæ quale fuerit. 134.
Conſecrationis & inthronizationis Papæ ritus immutatus à Ioanne V. 55.
Conſiſtoria ceſſabant in die Cathedræ Antiochenæ. 124.
Crux Saluatoris ſe prodidit propter miracula, eius tactu edita. 79.

De-

D

DEſunctorum Epiſcoporum cadauera in ſuis Cathedris ad ſepulturam efferebantur. 5. 13.
Deſunctorum Epiſcoporum cadauera cum ſuis Cathedris ſepeliebantur. 5.

E

ECcleſiæ olim vocabantur memoriæ, quia in memoriam Sanctorum extructæ. 44.
De Eccleſiæ Romanæ Primatu. 135. et ſeq.
Electus Pontifex in Cathedra S. Petri inthronizabatur. 25.
Electus Papa Nicolaus I. ex Anaſtaſij aſſertione primus fuit, qui coronatus. 56. 57.
Electus Papa Leo II. primus fuit, qui à tribus Epiſcopis conſecrari voluit. 56.
Ennodij Epiſcopi Ticinenſis verba explicantur. 44. 45. 46.
Emolumentum aſſignatum Canonicis portan-

tan-

tantibus, & reportantibus Cathedram S. Petri. 58. 59.

Epiſcopi in Cathedris primorum Epiſcoporum, ac præſertim Apoſtolorũ Chriſti inthronizabantur. 5. 15.

Epiſcopi, primis Eccleſiæ temporibus, in ſuis Cathedris ad ſepulturam efferebantur. 5. 13.

Epiſcopi cum ſuis Cathedris, in primitiua Eccleſia, ſepeliebantur. 5.

Epiſcopi cum omnibus Inſignijs dignitatis, e Cathedræ Epiſcopalis ſepeliebantur. 6.

Epiſcoporum Apſides gradatæ, Sedes Epiſcoporum, ſublimiori attolli faſtigio ſolitæ, ſignificantur in Epiſtola S. Auguſtini ad Maximinum. 84.

Epularum Feſtum dictum eſt Feſtum Cathedræ S. Petri Antiochenæ. 108.

Epularum abuſus eradicatus, inſtitutione Feſti Cathedræ Antiochenæ. 108. 109. 110. 115.

Euodius nõ ſecũdus, ſed primus Epiſcopus Antiochiæ quare dictus eſt. 148. 149.

Fe-

F

F*Eſtiuitas Cathedræ Antiochenæ antiquiſſima.* 130. 133.

Feſtiuitatis Cathedræ reſtaurator, non inſtitutor fuit Paulus IV. 87. 95. 96. 129. 130. 133. 157. 158. 159.

Feſtiuitatis Cathedræ Romanæ præcipui cultores Galli, & Hiſpani. 96. 129. 133.

Franciſcus Macedo laudatur. 152.

G

G*Alli cultores præcipui Feſtiuitatis Cathedræ Romanæ.* 96. 129. 133.

Gelaſius Papa author Collectæ de Cathedra Romana. 101.

Gregorius Magnus, ſeu Leo IV. author Collectæ de Cathedra Antiochena. 102.

H

DE Hercule opiniones variæ. 31. 32. 33.

Hieroſolymis Cathedra S. Iacobi Minoris Apoſtoli aſſeruata, & in veneratione habita. 7. 8. 10. 13. 14. 15. 76.

Hiſpani præcipui cultores Feſtiuitatis Cathedræ Romanæ. 96. 129. 133.

I

S. Iacobi Minoris Apoſtoli Cathedra Hieroſolymis ſeruata, & in magna veneratione habita. 7. 8. 10. 13. 14. 15. 76.

Ioannes V. non fuit primus ex Pontificibus, qui à tribus Epiſcopis conſecrari voluit, vt Pinadellus cenſuit. 54. 56.

Ioſephus Maria Suareſius laudatur. 60.

Iuſtus Lipſius laudatur. 26.

Leo

Digitized by Google

L

Leo Quartus, ſeu Gregorius Magnus author fuit Collectæ de Cathedra Antiochena. 102.

M

Magiſtri Fidei ſedendo diſcipulos docebant. 18. 19.

S. Marci Euangeliſtæ Cathedra Alexandriæ ſeruata, & in veneratione habita. 8. 10.

S. Marci Euangeliſtæ Cathedræ Aquileiæ ſeruata, & in veneratione habita. 11. 12.

S. Marci Euangeliſtæ Cathedra ex Aquileia ad Inſulam Gradus translata. 11.

Martyrologia, quæ de Cathedræ Romanæ Feſtiuitate mentionem faciunt. 99. 103. 104. 105. 119. 120. *Et Scriptores æui vetuſtioris.* 100. 101. & *ſeqq.*

Martyrologia, in quibus deeſt Commemo-

ratio Cathedræ Romànæ, ex Frontonis ſententia. 97. 98.
Mediolanenſis Eccleſia ex Decreto S. Caroli Borromæi agit de Cathedræ Romanæ Feſtiuitate. 129.
Michael Leonicus laudatur. 5.
Miraculum Cathedræ S. Petri ab incendio ſeruatæ, abſque vlla læſione. 51. 81.
Miracula à ſolo Deo patrantur. 1. 2.
Miracula patrantur per Cingula admota Cathedræ ligneæ S. Petri. 77. 78. 79.
Miraculis comprobata, & illuſtrata Cathedra lignea Vaticana S. Petri. 1. 77. 85. 86.
Miſſalia, quæ de Cathedra Romana mentionem non faciunt. 125.
Morte S. Petri, Romæ Sedes vniuerſalis Epiſcopi affixa, & perpetuó firmata. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. *& ſeqq.*

Neo-

N

N Eophiti recens baptizati ad Cathedram S. Petri venerandam antiquitùs mittebantur. 45. 46 47.

Nicolaus III. declarauit, emolumentum aſſignatum Canonicis portantibus, & reportantibus Cathedram ligneam S. Petri, non cenſeri applicatum nouis Præbendis, ſed diuideretur, vt hactenus fieri conſueuerat 58. 59.

Nicolai Serarij error. 128.

Nicolai V. temporibus Cathedra lignea S. Petri aſſeruabatur in Capella SS. Seruatij, & Lamberti. 61. 62.

O

O Blationes dietim fiebant Cathedræ ligneæ S. Petri. 58.

Oblationum rata, ſiue emolumenta aſſignata Canonicis portantibus, & reportantibus Cathedram Sancti Petri non cen-

ſentur applicata nouis Præbendis. 58. 59.
Optati Mileuitani verba explanantur. 42. 43. 44.
Orationalia antiqua, in quibus ſit mentio de Cathedra Romana die xviij. Ianuarij 112.
Orationalia, in quibus nulla mentio habetur de Cathedra Romana. 127.
Orationale antiquum, in quo ſit mentio de Cathedra Romana. 112. 113.

P

PAllium à Cardinale Oſtienſi imponitur Papæ, ex Decreto Sancti Marci. 55. 56.
Pallium imponebatur humeris Pontificis ſedentis in Cathedra lignea S. Petri. 55. 56.
Papa in die Cathedræ, ad Miſſam, ſedere debet in Cathedra S. Petri. 51. 52. 53.
Papa electus, vetuſtiori tempore, in Baſilicam Conſtantinianam humeris deportabatur.

batur. 25.
Papa electus inthronizabatur antiquitùs in Cathedra S. Petri. 25. 54. 55. 56.
Papa electus, quòd voluerit moderniori tempore inthronizari, & adorari, ſedens ſuper Altare, conicijtur in tempus Sedis Auenionenſis. 57. 63.
De Papæ Coronatione Anaſtaſius primùm meminit in electione Nicolai I. 57.
Paulus IV. inſtaurauit magis, quàm inſtituit Feſtum Cathedræ Romanæ. 87. 95. 96. 129. 130. 133. 157. 158. 159.
S. Petrus Antiochiam pergens, à Theophilo viro primario in propria domo exceptus eſt. 17. 74.
S. Petrus in domo Pudentis Senatoris Romæ exceptus, ibi cum Fidelibus ſacras habuit Synaxes. 18.
S. Petrus Romam primùm venit, Claudio imperante, ſecundò imperante Nerone, ſub quo martyrium paſſus eſt. 26. 27. 64. 86. *Vide* 135.
S. Petrus Antiochiæ degens, domum Theophili in Eccleſiam commutauit. 74.

S. Petrus tum in Vrbe, tum in Antiochia, tanquam Fidei Magiſter, in Cathedra ſedens, Chriſtianam Religionem docebat. 1. 17. 18. 19.

S. Petri virtus, & geſta deſcribuntur. 31. 33. 34. 35. 116. 117. 118 134. 135. 136. 137. 138. *& ſeqq.*

S. Petri ſola vmbra proderat ad infirmos ſanandos. 87.

Poſſeſſionem Eccleſiarum adibant Epiſcopi, ſedendo in Cathedris primorum Epiſcoporum, ac Apoſtolorum Chriſti. 5. 15.

Præfatio, & Collecta de Cathedra S. Petri. 112. 113.

In Pſalterio Vaticano nulla mentio habetur de Cathedra Romana. 128.

Pudens Senator Romanus quód Cathedram Beato Petro Romæ obtulerit, author exiſtimat. 18. 19.

Pudentis Senatoris domus fuerat, vbi extructa fuit Eccleſia S. Pudentianæ. 30.

Re-

RELIQUIÆ nonnullæ indicantur, quæ etſi ligneæ, ac vetuſtiſſimæ, adhuc tamen Dei prouidentia ſeruantur. 28. 29. 30.

Reliquiæ Cathedræ Vaticanæ aſſeruantur in Eccleſia S. Laurentij in Damaſo. 89.

Ritus conſecrandi Romanum Pontificem à tribus Epiſcopis ibi expreſſis, à Leone II. inductus. 56.

Ritus inthronizandi Pontificem in Cathedra S. Petri; mox intermiſſus tempore Sedis Auenionenſis. 57. 63. Et maxima Templi Ara Cathedræ ſubrogata. ibid.

Ritus operiendæ Cathedræ Epiſcopalis antiquiſſimus. 83. 84.

Robertus Cardinalis Bellarminus explicatur. 91. 132. 133.

Roma totius Mundi princeps, totius Orbis compendium, & Mundi caput. 34. 44.

Romana Cathedra erecta anno Claudij 2.
Romana Cathedra ſtabilita morte Petri. 136. *& ſeqq.*
Romæ tempore Carniſpriuij habebantur ludi apud Teſtaceum montem. 60.

S

Sauſſayus laudatur. 91.
Sellæ Curſules deſcribuntur. 20. 21. 22. 23. 26.
Sellæ Curſules, & alterius generis, antiquitùs virtutis, & honoris ergò donabantur. 21.
Sellæ huiuſmodi eburneis ſignis cælabantur. 22.
Sellæ Pontificiæ dictæ etiam Sellæ Curules, & geſtatoriæ, 25. 27. 28. 44. 46.
Sellarum geſtatoriarum vſus quando in Vrbem inuectus. 26. 27.
Sepulturæ mandabantur Epiſcopi cum ſuis Cathedris. 5.
Ad ſepulturam elatus eſt Petrus Alexandrinus ſuper Cathedra S. Marci. 13.

Ser-

Sermones habiti à Cardinalibus in die Cathedræ, celebrante Papa. 121.122.

T

TErtulliani locus explicatur. 8. 9. 41. 42.

Traditio quanti facienda ſit in Eccleſia. 2. 3. 4. 5.

Traditione antiquiſſima Cathedra lignea Vaticana firmatur. 2. & *ſeqq.*

V

VIctor Pſeudo-Pontifex immantatus, & in Cathedra S. Petri collocatus eſt. 54.

In Vaticana Cathedra Chriſtus adorandus eſt. 11. 12.

Vrbanus VI. Miſſam maiorem cantauit in die Cathedræ S. Petri. 120.

Digitized by Google

REGESTVM

§ABCDEFGHIKLM.

ROMAE;

Typis Iacobi Dragondelli, MDCLXVI.

Superiorum permiſſu.

Digitized by Google

DE B. PETRI
CATHEDRA
AB
ALEXANDRO VII.
PONT. MAX.
In Vaticanæ Baſilicæ Apſide collocata.
OCTAVII FALCONERII
ODE.

SYdereis olim ſpirantia molibus æra
Duxit Quiritium inclyta
Gens, Rhodios imitata auſus, ſimulacraq; Diuum,
Magnorum & ora Cæſarum
Tradere nequicquam eſt æuo conata perenni.
Nam quis Coloſſum Apollinis
Aut vicina aſtris diri monumenta Neronis
Oſtendat? implacabili
Quæ iam tempus edax dente eruit, & Iouis ira
Et impius Martis furor;
Vt diſperſa ſolo vix nunc immania membra
Teſtentur antiquum decus,
Inueniantque fidem priſcę miracula famæ.
Sic mole labitur ſua,
Inuito quicquid molitur numine in aſtra
Mortalium vis conſilî
Expers, ludibrium Superis quandoque futura,
Vt ſtultum Aloïdûm genus

Digitized by Google

At te quis meritis fando vnquam laudibus æquet
Diuina ALEXANDER vice
Orbis ſceptra gerens, cuius nutu ardua moles
Aſſurgit auro diues, &
Maieſtate potens, ac relligione verenda?
Dicam ne magni te prius
Conſilij authorem, diuinitùs indita cui mens
Apoſtolorum Principis
Illuſtrem imperio, preſenti & numine Sedem
Locare ſublimem, Patrum
Nixam ope, queis Sophiæ laudes, ſeu Graia priores
Latina ſeu dat infula?
An viuos referam ſimulacra imitantia vultus,
Artemque iam vincens opus?
Ipſa quoque, Heroum clarus labor, aurea templa
Mirantur hoc tantum decus
Iam ſibi quæſitæ potuiſſe accedere laudi,
Iactantque tandem parciùs
Illa quatergeminas Aræ ornamenta columnas;
Sint ære nobiles licet,
Extremis Ephyre quod miſcuit hauſta fauillis
Auctura Romanas opes;
Et radijs latè perfuſa nitentibus, vna
Hac mole iam ſuperbiunt,
Pignore quæ ſacro felix, ſecuraque fati,
Sponſore Rege Cœlitum
Stabit, dum triplici frontem diademate cinctus
Auguſta ſcandet Pontifex
Limina, Parthiſque & pictis venerata Gelonis,
Scythiſque inhoſpitalibus,
Suſpicietque, animis nulli, & pietate ſecundum
Suprema ALEXANDRVM dies.

MICHAELIS CAPOLLARII CARMEN.

LECTORI.

Materies labefactat Opus, neſcitq; profanum
More ſibyllino pangere verba Melos.

QVæ procul extremo templi de cardine Moles
Surgit, & inſultat tecto, latèq; per auras
Imperat, & multo pendet ſecura Coloſſo?
Cuius ab excelſo ſolium ſublime Tyranni
Fulgurat, ingenti quis nã ſub pondere creſcit
Enormis cœtus, templũq; extendit, & implet?
Anne remolitur bellum, Superiſque minatur
Terrigenùm rediuiua cohors, primùmque dicatis
Numina proturbat terris, humilique furore
Præludit Cœlo? tantone attollere Matrem
Stat poſt bella throno, vacuoque imponere Mundo?
An ſcelus omne vacat, nullàque ex parte profanum
Surgit opus, tantùmque Deo, Diuiſque premendum
Erigitur per inane procul, iactantque Gigantes
Aſtra ſuos, victæque negant incumbere terræ?
Tyburis occulto, Vates, quæ clauderis antro
Indeprænſa diu, noſtro ſeu læderis æuo,
Seu caperis tantùm Cœlo; frueriſque repoſtâ
Nocte poli, & ſacras intras arcana latebras;
Impoſitæ Tu Molis onus, turritaque membra,
Vicinumque decus, viſoſque expone labores:
Non ſolùm terrena tibi, vileſque pateſcunt
Euentus hominum; Cœli tibi peruia ſemper
Clauſtra; tenes ſuperos, & ſidera mente pererras.
Te vocat iſte labor; cupidà nos aure bibemus
Effata, atque omni memores ſeruabimus æuo.
AETHERIO poſtquam Proles æquæua Parenti
Sanguine luſtrauit terras, Hominemque piauit

Mor-

Morte ſuâ; Cœli Proceres vexilla ſecuti
Conuenere ſimul. Toti ſtat demere mundo
Seruitium infelix, & Erinnydas orbe fugare;
Neue ſuper Gangem, Nilumve, Iſtrumve, mariſve
Herculei metas tellus foret vlla superni
Expers auxilij; partæque ignara ſalutis,
Diuiſere ſolum: ſtygijs concurrere monſtris
Omnibus in terris, omnique ſub axe Barathrum
Ferre manus contra, Cœlumque impingere Diti
Iuratur. Qualis ſordes, hominumque nefandum
Purgatura genus, latèque in montibus altis
Spumatura Thetis, totas, quacunque per orbem
Parte fluunt, exciuit aquas; per flumina cuncta
Creuit, & ex omni proceſſit fonte profundum:
Talis ad incurſus per apertas vndique gentes
Secta Cohors fertur: terras, partitaque regna
Quiſque rapit: deſignat iter, vireſque labantes
Erigit ille Pater, prædæque immanis imago.
Tota quidem tellus frenum crudele peroſa
Vndique Magnanimos laudanda ad bella vocabat;
Sed quæ præcipuam poſſet præſtare triumphi
Materiam, Superùmque Tholos curuare ſuperbis
Exuuijs, ſummumque decus tranſmittere Cœlo,
Roma fuit: non quòd totas diffuſa, capaxque
Pene catenati gentes comprenderet orbis;
Sed quia criminibus pariter, Solioque potentes
Vrebant mortale genus, Ditique litabant,
Et coniuratis arctabant cladibus Orcum
Lampade Tiſiphone, gladioque horrenda Tyrannis.
Quid diros referam cultus, araſque profanas
Igne ſuo, turpeſque Deos, & ſordida Sacra?
Quid memorem ferri rabiem, Tybrimque tumentem
Sanguine ciuili, laſſaſque in cæde ſecures?
Vna neces, vetitumque docet, dextramque cruentam
Aſperat, & laudat; Stygià face ſuſcitat ęgras
Irarum flammas, & pabula ſuggerit enſi.

Exe-

Exequitur, cumulatque nefas, ſuperatque magiſtram
Altera; decreſcit tellus, impletur Auernus.
Qualis Tyrrheni facies horrenda profundi
Inſano baccante Noto: furit ille, ſuperque
Verſat aquas, monſtratque minas, hoſtemque fatetur;
Infames ſubter ſcopuli per operta carinæ
Sæuius incurſant; duplici vaga pinus ab hoſte
Soluitur: interea laceratæ fragmina proræ
Sorbet, & alternos lucratur Scylla furores.
Talis erat, tanto longùm quaſſata tumultu
Caſura inferno nutabat Roma Tyranno.
Quis par horrendum, geminumque laceſsere monſtrum
Audeat, atque Vrbis miſeratus fata labantis
Ciuibus inſtantem pauidis prohibere ruinam?
Ductor iuratæ tanta ad certamina turmæ
Petrus erat, quondam moderator pauperis alui,
Et vacuæ prædator aquæ, mox aſtra ſecutus
Piſcator felix hominum, lectæque magiſter
NAuis, & in terris à CHRISTO prima Poteſtas.
Hic ſibi continuis vaſtatam cladibus Vrbem
Arripit, & dignas ſecernit Principe pugnas;
Cætera mandatas petierunt agmina gentes.
Vt leo (conatus ſi fas eſt reddere ſacros
Impete Maſſylo, Lybiamque apponere Cælo)
Cum catulos certare docet, ſi forte boatus
Armentalè ſonat, magnos prior ardet in armos
Immitti; natos paruis, matreſque relinquit
Prouidus, ipſe truces metuendæ frontis ad ictus
Anteuolat, toruumque ducem ſibi deſtinat hoſtem.
Aduentare minas iamdudum ſenſerat atrox
Eumenis ætherias, & defenſura Barathrum
Arma quatit, poſcitque Virum, ſuperoſque laceſſit.
Ille aderat, inſtaſque magis vibratur in iras,
Sollicitatque Polum, miſeræque incenditur Vrbi.
Quantus io ſudor! qualis concurſus aperto
Et Dite, & Cœlo ſpectatus! ſurgit vtrique

Tartareæ Peſtes, & poſt certamina prima,
Amiſſumque polum, renuentes orbe fugari,
Impia certatim ſubierunt corda Neronis,
Pleniùs vt iunctæ repararent robora vires.
Ille capax Erebi, toti placuiſſe Barathro
Gliſcit, & horrendas ſe cerni gaudet in ira,
Incluſumque ferens monſtris mirantibus Orcum
Pene vacat, diræ tantùm patuere latebræ.
Sufficit innumeris pectus furiale cateruis,
Atque omni intratur, ſed non impletur Auerno.
En ſubito patrijs ſubiectum mœnibus ignem,
Impoſitumque Pijs; compreſsæ en viſcera matris
Diſcerpta, inque vno numeroſum corpore crimen,
Quidquid Agenoreæ damnauit ſemina gentis,
Tantalicæ quidquid ſceleratiit fercula cœnæ,
Ceu de plebe nefas, nec par immanibus auſis
Deperit in medio, rabiemve relinquitur infra.
Senſit terra minas, fœtoque impulſa Tyranno
Horruit excuſſas infelix Roma catenas.
At non ignauo permiſit corda timori
Clauiger, & primos corrupit degener auſus;
Intrepidus, lætuſque peti, ſua funera Cœlo
Vouit, & incolumes pactus pro cæde Quiritès
Turgida luſtrali ſubuertit Tartara fato.
Quis te magne pugil, quis te mirabile martis
Ingenium docuit pereundo vincere bella?
Vnde tui ditem didiciſti pondere caſus
Obruere, & lætà regnum firmare ruinà?
Morte Ducis ſancita Fides: tranſmiſſus ab alto
Intonuit per inane fragor, læuoque tumultu
Signa dedit viciſſe Polum: lugubris amarùm
Mugijt, atque imis Erebus ſe condidit vmbris:
Ex illò, quamuis rabiem, pugnaſque nouaret
Triſte Chaos, nil quaſſa Fides: iuuere cruento
Enſe minæ, firmamque truces auxere Sorores.
Sic vbi triticeum glebæ mandatur apertæ

Ingens claua manu, parilique in bella feruntur
Robore terribiles: illà furibunda minatur
Arbore Tiſiphone, de quà lethale reuulſit
Pomum, Dextra nocens; trunco committitur illo
Iſacides, ex quo pomum vitale pependit
C H R I S T V S; & ingratas nutauit nuper ad auras.
Longa renaſcentis quid te diſcrimina pugnæ
Edoceam, nimiaſque canam certaminis iras.
Verſa retro, totoſque iterum reuoluta per ictus ?
Poſt varios caſus, integratoſque labores
Victa ſub aduerſæ repetito vulnere clauæ
Abſceſſit tandem raro crinita Ceraſte
Eumenis, & diro latuit ſub corde Neronis,
Si non infernas petijt fugitiua latebras.
Debuerat victor multo circumdatus oſtro,
Componi ſolio, rutilàque in ſede leuari:
Debuerat grandi redimitus tempora lauro
Plena per immenſæ ſpatiari compita Romæ
Vectus equis niueis, & de temone ſuperbo
Arduus Aeneadas diffuſo implere triumpho:
Sed nondum penitus ſceptrorum iure potito
Præcox ſordet honos; ſubito corrumpere faſtu
Nobile principium, ſacrique exordia regni
Odit, & abſiſtit: multum reſtare laboris,
Bellorumque videt: felices marte ſecundo
Succeſſus vrgere parat; ne rurſus in arma
Surgat, & inſtauret rediuiuos Dira furores.
Quod licuit, multa miſeros ex parte Quirites
Aſſeruit ſuperis, paruoque, arctoque Curuli
Sedit, & imperij ſumptas tractauit habenas,
Non vt ſeruata tumidus regnaret in vrbe;
Sed procul vt pulſum Romanis arcibus hoſtem,
Poſſeſſumque diu Furijs ſe vindice tandem
Reſpirare ſolum, pacemque habuiſſe, pateret.
Vrebant ventura Virum, nec vana timebat;
Quippe indignantes etiam tellure repelli

Semen, & agricolæ ſecum fert vota ſub aruo,
Horrida ſæuit hyems, terræque per intima merſum
Perſequitur; pulſat Boreas, glacieſque peruric
Inque vicem lædunt, ſed,quò ſub ſidere brumæ
Acrius vrgetur, maiori hoc fœnore profert
Vere nouo culmos, auctàque exultat ariſtà.
Interea totà Socij tellure vagantes
Vincla, Petrum, Claues, ſancitaque Iura ſonabant
Suffectamque polo Romam, ſacràque gerentem
S E D E vices superùm, miſſis cumulare iubebant
Muneribus, dominamque Fide, cultuque fateri.
Ergo alacris latebras, timidoſque exoſa receſſus
Relligio erigitur, rebuſque accommoda lætis
Veſtimenta capit, pompamque oſtentat Auerno.
Vellera tranſmittunt Seres, pia Thura Sabæi,
Cinnama diues Arabs, ſaturatas murice lanas
Dat Tyros; at Numidæ cruſtas, & marmora templis
Non indigna vehunt; pulcrà quodcunque ſuperbit
Dote ſolum, ſua dona legit, ſuperiſque remittit.
Hinc auro, gemmiſque grauis facturus ad aras
Fulget, & ex omni ditatur gente Sacerdos;
Illinc admotæ cœlo vaga nubila multùm
Submittunt moles, aſſertaque ſidera tangunt.
Has ſuper aerium Petri de nomine Templum
Imperat, & tantùm Tarpeiam deſpicit arcem,
Parte poli media, quantum, cum plurimus ardet,
Aſtra premit Phæbus, ſtelliſque minoribus obſtat.
Cuius ſurgat opus, quam longè fronte minanti
Exeat, atque Vrbis nimiùm per culmina regnet;
Quantus Apellæ, quàm multus ſpiret vbique
Phidiacæ ſudor dextræ memorare timemus
Nos quoque, & ingentes ſpectando horreſcimus auſus
Ille quidem ſeri dudum capit ampla triumphi
Gaudia, & exactæ fruitur dulcedine pugnæ:
Scilicet ex alto pronus dum ſpectat Olympo
Regnantem tellure Fidem, certàque beantem

Pace

Pace ſolum, longam tenebroſo in carcere noctem;
Infernaſque acies, obuerſaque funera Cœlo
Inſtaurare cupit, menſoſque iterare labores.
Qualiter extremo Phœnix reparatus in æuo,
Cui iam vita recens, & olentes funera plumæ;
Aëra cum primùm rediuiuis occupat alis,
Ipſe fugam celerem, meliuſque ardentia colla,
Purpureumque iubar capitis, pictamque iuuentam
Miratur, ſeniumque cupit, rurſuſque reponi
Igne alio, caſiàque iterum flagrante nouari.
At non intentum Molis capiebat imago
Totum pulchra ſuæ, vacuoque in pectore multùm
Deerat, quò pleno ſatiaret lumina viſu.
Tot ſiquidem cultus inter, ſpeciemque nitentem
Sacrorum mærere ſitu, nudamque relinqui
Viderat & templi ſemotà in parte latere;
Qua primum populis edixit iura, CATHEDRAM.
Cur meritæ dilatus honos? quid puluere multo
Condita, neſciret melioris ſecula mundi?
Hac ne nouus ſedeat, cum primùm ſumit habenas
Succeſſor dominas, pronoque imponitur orbi?
Hinc ſuperùm conſulta petat, tripodaſque profanos
Obſtruat, & certi referet pia dogmata Cœli,
Et longum ſqualere ſinat, triſtique ſenectà
Obnubi, & Templo non reſpondere coruſco?
Talia verſanti cultus minor omnis, & omne
Decreſcit, ſiditque decus; rimoſa fatiſcunt
Templa, perit viuax gemmarum pompa, decorque;
Signorumque vigor, ſolio ceſſante, recedit.
Sic, licet humenti radient in nocte choreæ
Stellarum, reparentque diem, ſcindantque tenebras;
Lurida pallentem ſi condant nubila Lunam,
Hanc cupit, hanc votis reficit, cæloque reponit
Non benè multifidà contentus luce viator.
Atque equidem dignos habitus, meritamque iuuentam
Expectaret adhuc, ni prouida fata tuliſſent

Gente Virum CHISIA cœlo donante creatum.
Hunc animo, titeliſque parem, ſimilemque Tiarà,
Sæpius optatum terris, ad grande volentem
Vibrat opus, laudumque pio ſuccendit amore:
Optime Pontificum, dudum cui noſtra petebant
Sceptra dari, & valido tutari numine regnum:
Sume, age, difficilem, ſed non tua robora ſupra,
Materiam, promitte manus, mentemque capacem
Extende, & terris pariter, Cœloque labora:
Excute mortales ſenſus, tantùmque memento
Sceptrorum, regnique dati: Te noſtra Curulis
Expectat, ductuque tuo non pellere tantùm
Confidit reparata ſitum, ſed diuite cultu
In faciem migrare throni, ſoliumque videri
Nec; Seſſore minus, nec regni viribus impar.
Hæc mouet, & toto propius ſibi pectore preſſum
Ambit, & afflatu vires inſtigat, & auget.
Impulit intentum, ſecumque immane parantem
Dudum opus, & magnos iuvit, non intulit auſus.
Sic littus fugiente ſalo, ſic æquore verſo
Aeſtus agit puppim ventiſque abſentibus aufert:
Vtitur illa freto, pelagique abuecta receſſu
Vrget iter, pronoſque ſecat maris impete fluctus:
Quòd ſi currenti rapidis Notus incidat alis,
Impellatque ſinus, tunc ponto, & turbine rapta
Præuolat, & geminis non ſignat viribus vndas.
Ergo Animi fidens, tantoque hortamine plenus
Erigitur CHISIVS, niſuque intenditur alto.
Principio Romam ſæclis carpentibus ægram,
Et, quamuis cocat non vnà in parte cicatrix,
Heu! malè barbarici cælantem ſigna furoris,
Expolit, & reparat, virideſque reducit ad annos
Hinc ſubitæ domuum ſeries conſurgere iuſſæ
Arte pari, atque æquo tranſgreſsæ culmine nubes.
Inde viæ faciles, nitidæque, & tramite largo
Porrectæ, nuſquàmque auſæ pendere ruinæ.

Si

Si quà deficiant Vrbis monumenta vetuſtæ
Integrat, & firmat, cultuque reponit honoro ;
Si quà promineant ſtructuræ membra recentis ;
Amputat, & pulchro reficit molimine vulnus .
Quid tibi, quid toties viſu luſtrata fideli
Amphitheatralis referam miracula Circi,
Quæ non contentus toties ſtupuiſse tuendo
Auſus es, incomptà quamujs, celebrare Camæna ;
Qualiter admiſsò petiturus præmia curru
Auriga, & multà deſudaturus arenà,
Certatum dum findit iter, non protinus vrget
Alipedes, metamque rudi petit axe remotam ;
Sed prius explorat, rectè num temo iugales
Componat, num frena manu tractata valenti
Sufficiant, paruoque rotas in puluere verſat :
Mox cupidos effundit equos, atque impete certo
Clauſtra fugit, campoque volat ſecurus aperto.
Sic CHISIVS multà præludit mole CAThedræ :
Perpenditque manus, vireſque, & robora librat;
Mox ingens inuadit opus, ſoliumque timendum
Occupat, & magnum vis fert conſulta laborem ;
Quanta per expoſitos ruptis effuſa caminis
Vndat agros, rutiloque vorat ſub flumine campos
Ignea vis flammę, nimium cum ſulphuris alti
Eluctatur onus, ventiſque incenditur Aetna,
Tanta laboratos ſolio paritura Coloſsos
Aera natant, poſitoque rubent mollita rigore ;
Excita ſurgentes ardenti è gurgite formas
Obſtupet, & ſacros miratur Roma Gigantes
Nec dant indecores, aut nomen vile tenentes
Stagna viros, tantùmque habiles pro rupe locari ;
Sed lectos, operique pares, dignoſque beatà
SEDE premi, plenamque Deo perferre CAthedram
Aere ſimul, meritiſque tument ; pars vna Latinos
Sublimat Patres, pars altera tollit Achiuos,
Vtraque Chriſtiadas firmat ; nec viribus ęgris
Impar audet onus ; longa virtute meretur
Fidat vt humanis Moles operoſa lacertis   poſſe

Poſſe regi : tenuit cælum ceruice valenti
Sæpius , & dubià vetuit nutare ruinà .
SElla pari ſurgit circumuallata metallo ,
Occulıturque ſimul , pariterque effingitur aurò ,
Et manifeſta latet ; qualis per nubila Phœbus,
Rara micat , radioſque regit , radioſque fatetur ,
Obductuſque nitet; dubiæ translucet imago
Lampados, & flauà nubes depingitur vmbrà .
Alma viden quantà dilectam luce Columba
Ambiat , & pulchro radiorum veſtiat auro ?
Cernis , vt extantem deceat , ſignetque Tiara
Imperio , Clauiſque duplex trans ſidera monſtret
Extendi , pariterque polo , terriſque valere ?
IPSA decus regni , legeſque, & iura tu ri
Sola poteſt , tantà quaſſat formidine fontes
Grandis ab excelſo Maieſtas indita cęlo.
Vos, quibus ad certi caligat lumina ſolis ,
Heu ! nimium denſis mens circumfuſa tenebris ,
Eſte procul , diramve animis expellite noctem .
Vos porro ; ęternum meritę quos deuouet iræ
Eumenidum ; deſerta Fides , procul ora , graduſque
Ferte nec acceſſu SOLium violate profano :
Heu ! miſeri properate fugam, THRonus ipſe propinquos
Opprimet ; ardebunt nubes , totique tonabunt
Sponte poli , SEdique ſuę pugnabit Olympus
At tu vicinà, noſtro pro carmine SElla
Vtere , et aſpectu longùm ſatiare beato ;
Nec vacuam mirare diu ; mortalia quippe
Pondera detrectat : quamuis diademate multo
Alta labet ceruix, & ſceptro dextra grauetur,
Ferrę negat Reges , & quod non legerit Aether ,
Indignatur onus : quod ſi caligo recedat
Viſibus humanis , acieſque intendere certas
Mens vibrata velit, nequaquam tanta vacabit
SElla tibi: magno titulis addicta duobus
Impletur C H I S I O : cognatis admouet aſtris
Ardua ſublimem , pariterque ornatur , & ornat .

ODE

ODE

IACOBI ALBANI GHIBBESII.

QVæ picta ſacræ ſella curulium
Certet Cathedræ, cui PETRVS inſidet;
Longæ fatiſcenti ſenectæ
Dente licèt, vitioquè ſecli?
Hic Scipionum, ſiuè Metellicos
Spernam triumphos: hic etiàm Iouis
Deriſor Elei, ſtupebo
Sidereæ monumenta pompæ.
Palmata non me tàm trabeæ nota
Percuſſit, ingens clamor euntium,
Albæq; victoris quadrigæ
Romuleam cumulantis arcem;
Spectanda quàm ſic gloria ligneæ
Sedis. Colendo nunquàm animus ſatis
Impletur actà Gangis omni
Relliquias pretioſiores.
Vincat vetuſtas quolibet artium
Fulgore maior. Quanquàm & honoribus
Pellucet obductum ſupremis
Impauidæ Fidei tribunal.
Signis, & auro lamna rigens thronum
Veſtit magiſtrum: quatuor vndiquè
Captare grandæui laborant
Iura ſenes, pariles ephebis.
I nunc, ſeueros quadrijugis equis
Confer Solones agmine in altero:
Nè deſit applauſus tropæo,
Mons reboat quoque Vaticanus,

Cum

Cum gente tota, & voce Quiritium,
Orbiſquè mixti: Viue, diù, & rege
Felix, ALEXANDER, fideli
Iurè gregi venerande Paſtor.
Hoc nempè magnorum eſt operum caput,
Quæ Roma debet, noſquè potentiæ
Iſti; tot auguſtos labores
Clauigera decorare Sede.

Digitized by Google

AD
SFORTIAM PALLAVICINVM
S. R. E. CARD.
APPRICATIO PORTVENSIS
AVGVSTINI FAVORITI.

Annua dum vulgus renouat ſolennia Baccho ,
Et temulenta Dei relegens veſtigia pubes
Martia , degenerat formas induta ferarum ;
Roma vale . Iuuat arua ſequi , & ſuſpendere collo
Barbiton, & plectro geniali pellere curas .
Hìc vbi DIs pelagi leges, & fata daturus
Amne Pater lento deſcendit in æquora Tybris ,
Quàque fluit, pingues voluens ad littus arenas
Auget agros : Vrbeſque mari, portuſque recedunt .
Non Albæ iuga ſemper, amat quoque littora Phœbus :
Carmen vbi niuei ſacrum modulantur Olores
Dulcius, & lauro ſemper viret æmula myrtus :
Vnde legit Tethys Nereo placitura coronas .
SFORTIA , cui priſcis viruis incognita ſeclis
Ipſa ſuis manibus Latium circumdedit oſtrum :
Soſpite quo, ſupra populos caput ardua ſacrum
Exerit, & famam CapitolI Roma tuetur ;
Pone graues curas pauliſper , & Vrbe relicta ,
Huc age (da veniam votis audacibus) adſis ,
Dum canimus , tenuem non dedignatus auenam .
Sæpè & ALEXANDER ſummo de culmine rerum
Deſcendens , faciles Muſarum accomodat aures
Luſibus , & noſtris acclinat lumina chartis :
Lumina, queis maria, & terras, & diſſita longè
Regna vigil , feſſumque malis circumſpicit orbem .
Te nitidi Soles, placidi te littoris ora ,
Et ſecura quies , & amica ſilentia Muſis ,
Quarum tu columen , quarum tu gloria prima es ,
Te mare piſcoſum, dilectaque ſilua Dianæ ,

Te

Digitized by Google

Te regio formoſa vocat. Tu lætus adeſto ;
Optatoque Deos vultu ſolare marinos.
Scilicet & tempus veniet, cum littus ad iſtud
Colchide, ſemoti ſue aduectus Gadibus hoſpes,
Parcius Aneæ res, aduentumque requirens,
Scire volet, qua rupe ſedens proſpexeris æquor,
Quæque his prima pedum veſtigia preſſeris oris.
Sed duo te nuper Latij clariſſima cœli
Lumina, Parcarum dextra intercepta maligna
Excruciant, ægramque vetant requieſcere mentem.
Nam penè obductum Corradi funere vulnus,
Franciotto Libitinà ferox reſcidit adempto,
Auſaque Romulei cladem geminare Senatus.
Hoc erat, euenturum olim quod dira canebant
Auguria, hoc tempus fatale, hic lethifer ille
Chaldæis toties promiſſus vatibus annus.
Quique diu, dubiam terris metuentibus iram,
Lumine ſanguineo triſtes arſere cometæ,
Scilicet hanc Latio cladem, hæc lamenta ferebant.
Non ita ſublatum plorauit Dardana tellus
Hectora vim Danaum, Troianaque fata morantem,
Non fratrem Heliades, non cęrula mater Achillem:
Vt te morte Virùm pallentia vidimus ora
Manantem lacrimis, & publica damna querentem.
Damnantemque herbas, & falſam Pęonis artem.
Quos tibi non hilari vultu Fortuna renidens,
Non communis honos ſociarat fœdere ſancto:
Sed probitas, magniſque fides ſpectata periclis,
Atque animus contemptor opum, Themidiſq; paleſtra
Excultum ingenium, & doctæ facundia linguę:
Sed labor aduigilans, & pectus ſtare paratum
Pro Latijs aris certęque occumbere morti:
Dura, malis inuicta, tuæque ſimillima virtus.
Tanta quidem rebus damna inſtaurare ſecundis
Conantur Superi. Hinc omnis pacata quieſcit
Auſonia, vnde virùm ſoboles, & copia frugum,

Et

Et doctæ redeunt Artes, quas excitat, almo
Dum ſinu ALEXANDER fouet, & præclara merentes
Reſpicit, attollitque viros: ſeptem inde Trioni
Subdita gens tacito Romanas incipit aras
Obſequio colere, & ritus damnare profanos.
Hinc duo iungit Amor Diuinę germina gentis;
Vnde nouum decus Heſperię, proleſque paretur
Ferro olim Europę, atque Aſiæ domitura Tyrannum:
Queis, Diuùm imperio, proludens Veſtphalus Heros,
Infula cui ſacris galeam terroribus armat,
Circumfert Batauùm victricia ſigna per Vrbes;
Quaque ruit, ſequitur ſublimi Gloria curru,
Luppiaque, Amiſiuſque, cathenatuſque Viſurgis.
Non tamen idcirco minus illacrimare ſepultis,
Iacturamque doles, & non reparabile damnum.
Quod ſupereſt (parua ingentis ſolatia luctus)
Hìc ego Caſtalio ſignum de marmore ponam,
Amborum viua referens in imagine vultus,
Cui ſplendor ſeris, pretiumque accedet ab annis,
Fulminis inuictum damnis, æuique futurum:
Nauita quod maria alta ſecans de puppe ſalutet,
Et cui pro Glauco, pro Leucothoes Melicerta,
Soſpes ab Ionijs perſoluat vota procellis.
Aut ſimulacrum ingens quintum ſtatuemus eorum;
Qui ſolium, ſubnixi humeris ingentibus, aureum
Sub Vaticani dìa teſtudine templi,
Heroes magni ſubeunt, onus Hercule maius.
Cernis, vt auguſti quà ſe venientibus offert
Extremus Templi ſinus, interiuſque recedit;
Nubibus è cœlo demiſſa curulibus, inter
Aligerum plauſus, moles ſeſe ardua tollit
Supra & Dędaleos auſus, & barbara ſaxa
Pyramidum, claramque Rhodon poſt terga relinquit
Aurea, nec bimari docta inuidet æra Corintho;
Magna Parens, nunc primùm hominum mirata labores
Roma loqui ceſſet priſcorum opera alta Quiritum.

Nec rerum dominos teſtantia rudera iactet.
Miranda illa quidem. Ast omnes hic Regia gaza
Cæſareo minus auſa æuo, atque ars dædala Graiùm
Pandit opes, pandit pietas tua; Maxime Princeps
Sumere qui rerum meruiſti ſceptra rogatus:
Nunc donis populos auges, altaria Diuis.
Ne tamen hęc propter, ne tu, Bernine, ſuperbi.
Non tu author tantorum operum: nec talia fingi
Mortali potuere manu. Non ipſe Pyragmon
Auſi' ab Aetnęis tantum ſperare caminis.
Sat tibi Phidiacos quòd Gręcia cedit honores,
Pięripuitque Ioui Piſæo Sequana palmam.
Hic Superùm labor: Hi ſe operi accinxere miniſtros,
Aeraque miſcuerunt, & aperto in lumine, Diuùm
Effigiem, & liquidi riuos duxere metalli.
Quattuor hos annis, & maieſtate verendos,
Fulgenteſque ſacro tonſum diademate crinem,
Qui certant oneri ſupponere colla beato,
Olim Oriens, Latiumque tulit, ſimul inclyta monſtris
Africa, quæ manſueta Viro plus profuit vno,
Quàm nocuit quondam Tarpęis inuida palmis,
Hannibale, & centum, quas intulit aſpera claſſes.
Heu quantis illi caput obiecere periclis,
Pro re Romana, pro religione Parentum!
Heu quanto Solium hoc nobis peperere labore,
Donec pondere confecti periere ſub illo!
Romula nunc cœlo delapſi templa reuiſunt,
Munere ALEXANDRI reduces, qualeſque videri
Cœlicolis, quantique ſolent. Stupet inſcia turba
Romulidùm, & ſupplex venientum numen adorat.
Saluete Heroes, quorum ſub numine Roma eſt.
Quorum ea virtuti debet; quòd inermis, & vna
Relligione potens, nomen ſine cęde, Latinum
Protulit, imperiumque vltra Garamantas, & Indos,
Sanctaque per populos victrix dat iura volentes.
Saluete, & Sedem hanc, veſtræ quæ credita curæ,
Quam-

Quamque Erebi iurata manus conuellere pridem
Molitur, ſeruate pij. Procul horrida bella,
Atque famem, & triſtes Latio depellite morbos:
Præcipuè qui animos, humanaque pectora turbant:
Seu nos dura premit, ſeu ſors felicior inflat.
Creſcat amor recti; pronaſque ad prœlia nectat
Fœdere non ficto tandem Pax candida gentes.
Atque, vt cuncta vno populorum vota loquamur,
Regnet ALEXANDER ſoſpes, te ſoſpite, FLAVI,
Quem longè ingenio præſtantem, & moribus, ipſa
Diligit Inuidia, atque hac dignum ſorte fatetur.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google